pa poſſunt abſolui. vt diciť ſup̄. abſolu-
tio p̄mo. §. iij. Tales etiam incendiarij in
quibuſdaȝ locis ip̄o facto habenť pro ex-
cōmunicatis ex cōſuetudine licet reuera
abſq̃ ꝯſtitutōne aut ſententia nō infera-
tur excōmunicatō. A. De hoc dic vt ſup̄.
excōmunicatio j. §. vj. in additōe. B.

Incertorum reſtitutio
ſiue diſpenſatio. vide. infra. reſti-
tutio vj. per totum.

Inceſtus. quid ſit et q̄
graue. habes ſupra. fornicatō. §.
primo. et infra. luxuria. §. p̄mo.

Indulgētia. Quis poſ-
ſit ꝯcedere indulgentias? Reo. ſm̄ Tho. in
iiij. diſ. xx. Solus papa. qꝛ ipſe ſolus ple-
nariam habet poteſtatē ꝓut vult poteſt
indulgentias facere cauſa tn̄ exiſtente le-
gittima. Archiep̄us quoq̃ licȝ nō ſit iu-
dex ordinarius oīm de ſua ꝓuintia. vt ſu-
pra. archiep̄s. §. iij. poteſt tn̄ nō ſolum in
ſua dioceſi. ſed etiaȝ in tota ſua ꝓuintia
indulgentias ꝯcedere dūmodo non exce-
dat ſtatutū generalis ꝯcilij. exť. de peni.
et re. modo. Itē hoc poſſunt ep̄i in ſua di-
oceſi. nec ꝑ peccatuȝ tolliť eis talis pote-
ſtas. qꝛ eſt poteſtas iuriſdictōnis. A. niſi
eſſet pcc̄m ex quo ligareť aliq̄ cenſura ec-
cleſiaſtica. qꝛ tunc non pť abſoluē nec li-
gare. vt ſup̄. abſolutio primo. §. j. v͂. ij. B.
Sacerdotes vͦo ꝑrochiales aut decani nō
pn̄t. niſi ſibi ex ꝯceſſione ab ep̄is facta. A
Similiť nec etiam alij prelati inferiores
ep̄is. vt abbates. et hmōi. vt exť. de exceſ.
p̄la. accedētibꝫ. qꝛ eis diſpenſatio cōmuīs
theſauri ꝯmiſſa nō eſt. tn̄ poſſūt ꝯcedere
ꝑticipatōꝫ bonoꝝ ꝯgregatōis ſibi ꝯmiſſe
Nam hec ꝑticipatō fit ꝑ mutuā charita-
teȝ. ſꝫ indulgentia req̄rit auctoritatē ſm̄
Pe. vt in ſū. cō. li. iij. ti. xxxiiij. q. clxxxiiij
qui etiā dicit ꝙ ꝯfirmatus etiā anteq̄ ſit
ſacerdos poteſt indulgentias facē. et eti-
am legati nō ſacerdotes. vt extra de pe. et
re. ꝙ aūt. qꝛ hec poteſtas magis cōpetit
ex iuriſdictōne q̄ ex ordine. Hoſti. vͦo di-
cit ꝙ electus cōfirmatus ante ep̄alez ꝯſe-
cratōnē tutius faceret ſi a talibꝫ abſtine-
ret. maxime ſi nō ſit ſacerdos. vt pꝫ ī ea.
q. B. Eſt aūt ꝑ ꝯcilium limitata quanti-
tas ꝑ hunc modū. Quando dedicať eccle-
ſia nō debet nec poteſt indulgentia extē-
di vltra annū. ſiue ab vno ſiue a pluribꝫ
ep̄is dediceť. In āniuerſario vͦo dedica-
tionis. aut etiā ex q̄cunq̃ alia cauſa non
pť dari indulgentia. niſi. xl. dieꝝ. extra. d͂
peni. et re. cum ex eo. in fi. et hoc ſiue cō
cedať ab vno ep̄o ſiue a multis. qꝛ nunq̄
excedit predictaȝ taxationē. exť. de peni.
indulgētie. li. vj. A. Ibi dr̄. Indulgentie
que ab vno vel pluribꝫ ep̄is in eccleſiarū
dedicatōnibꝫ. vel alijs q̄buſcunq̃ caſibus
cōcedunť vires nō obtinent ſi ſtatutum
exceſſerint cōcilij generalis. B

¶ Sꝫ nūquid īdulgētie valēt alijs q̄ ſub-
ditis eoꝝ q̄ eas faciūt? Re. Valēt illis q̄bꝫ
ꝓprij ep̄i ꝯceſſerīt vt ꝓſunt. exť. de pe. ꝙ aū.

A. Et nõ ſolum epiſcopi ſed etiã ꝓprij ſa-
cerdotes inferiores hoc pñt ꝯcedẽ ſm q̄ſ
dam. qꝛ tunc nõ ipſi dant eis ĩdulgentiaꝫ
ſed ꝯcedunt vt remiſſiones ab epĩs facte
eis ꝓſint. vt ſic in abſolutõne penitentis
per diuerſos modos ꝓuideant liberandi a
pctĩs et a penis qđ eſt officij ſacerdotalis
Et cũ hoc con. Hoſti. ⁊ Wil. duran. dicẽs
ꝙ cũ ꝯfitens habet multa pcta mortalia
pro q̄bꝫ forte tota vita hoĩs q̄tum ad ſe-
ptẽnem pniam non ſufficeret. tũc ſacer-
dos hoc exponat penitenti. et addat. Un̄
ĩiungo tibi ꝙ q̄diu viues dicas totiens ĩ
die pater nr̃. vel ſimile. q̄a pnĩe arbitrie
ſũt. Debꝫ etiã dicere. Concedo tibi ꝙ pro-
ſint tibi om̄es remiſſiones a q̄cunqꝫ fiẽt.
alr̃s ei nõ ꝓdeſſent. dicto. c. ꝙ aũt. vt ĩ ſũ.
con. eo. ti. q. clxxxix. B. Quando aũt ext-
neus epiſcop⁹ dat ĩdulgentiaꝫ in vno lo-
co. indulgentia eius valet tm̄ ſubditis ſu
is. vt Hoſti. dic. A. et alijs quibus conceſ
ſum eſt. vt ſtatim patuit. B

¶ Utrũ indulgẽtie faciende ſint pro ſub-
ſidio tempali: Rñdeo. ſm Tho. et Pe. ĩ. iiij.
diſ. xx. Pro temporalibꝫ nõ ſunt ſpũalia
danda. ideo indulgentie dande ſunt prin-
cipaliter pro vtilitate ſpirituali. et non ꝓ
ſubſidio temporali. A. Idem in ſum. con.
eo. titu. q. clxxxv. B

¶ An indulgencie in foro diuino aliquid
valeant ⁊ quantũ: Rñ. ſm Pe. vbi ſup̃. In
eccleſia eſt theſaur⁹ meritoꝝ tam ipi⁹ ec-
cleſie q̄ xp̃i. cuius theſauri p̄latus habet
claues. et diſpenſare pt̃. et ſic indulgẽtia
valet. Quatuor tñ req̄runt̃ ad hoc vt va-
leant. Duo ex pte dantis. ſ. auctoritas. et
cauſa rõnabilis. Alia duo ex pte ſuſcipi-
entis. ſ. ꝙ ſit in ſtatu merẽdi. et vt faciat
illud pro q̄ indulgentia dat̃. Con. Tho. ⁊
Al. A. Idem in ſum. con. eo. ti. q. clxxx.
vbi etiã dicit̃ ꝙ cauſa rõnabilis eſt vtili-
tas eccleſie. qꝛ theſauri eccleſie ꝑ eius ne
ceſſitatibꝫ diſpenſandi ſũt. B. Ualent igi
tur indulgentie quantũ ſonant. vꝫ. xl. di
es indulgentie valent tantuꝫ quantũ. xl.
dies pnĩe ſm taxationẽ factã ſiue a iure
ſiue a ſacerdote ſiue a iuſticia diña. Dies
enim iſti ſiue anni: nõ ſunt anni celi. nec
purgatorij. ſed mũdi. ⁊ ſicut in mũdo. xl.
dies pnĩe plus valent vni perficienti cuꝫ
maiori feruore q̄ valeant alteri. ita. xl.
dies indulgentie plus valent illi qui cum
maiori caritate ſeu rei date quãtitate ac-
cedit. Satis con. Tho. et Raij. Et addit
Tho. ꝙ q̄ vicinior ẽ ecclĩe. et etiã ſacerdo
tes ⁊ clerici ita ꝯſequũt̃ indulgẽtiã ſicut
remoti. A. Idẽ ĩ ſũ. cõ. eo. ti. q. clxxxj. B.

¶ Quid cum pnĩa alicuius eſt. vij. ãnoꝝ
et ipſe ſucceſſiue dat. vij. nũmos eccleſie
alicui que habet indulgentiã vnius ãni
nunq̄d liberatus eſt: Rñdeo. ſm Hoſti. Non
eſt dubiũ ꝙ liberatus eſt q̄ ad eccleſiã mi
litantẽ. ext̃. de peni. ⁊ re. cum ex eo. §. ad-
huc. p̄latus tñ ſi indiſcrete facit hmõi in-
dulgentias ſe onerat. Et ꝯſulimus ꝙ ille
qui acq̄ſiuit huiuſmodi indulgentias nõ
vtatur eis in hac vita ſed reſeruet in pur
gatorio vbi grauiſſima erit pena. A. Idẽ
in ſum. con. eo. ti. q. clxxxij. B

¶ An quis totiens habeat indulgentias
q̄tiens intrat eccleſiã vbi poſita ẽ: Rñ. ſm
Tho. in. iiij. diſ. xx. Aliq̄n indulgentia de
terminata eſt ad tp̃us: puta q̄cunqꝫ vadit
ad talẽ eccleſiaꝫ vſqꝫ ad tale tp̃us: habe-
at tantũ de indulgentia. ⁊ tunc intelligit̃
ſemel tm̄. Aliq̄n indulgentia eſt ꝑhennis
ſicut in eccleſia beati Petri ĩ Roma. xl.
dierum. ⁊ tunc quotiens quis vadit: toti-
ens indulgentiam conſequitur. A. Idem
in ſum. con. li. iij. ti. xxxiiij. q. clxxxiij. B.

¶ Quibꝫ ꝓſunt ĩdulgẽtie: Rñ. ſm Pe. Nõ
valent exiſtẽtibꝫ in pctõ mortali. qꝛ ma-
nente offenſa: reatus pene tolli non pt̃.
Ualent autem religioſis ſicut ſecularibꝫ.
Quin etiã ſi ſit indulgentia ꝯ dando. pñt
dare ſi habeant adminiſtratõꝫ vel licen-
tiam dandi a ſuis p̄latis. Prelatus etiaꝫ
licet ſibipſi p̄mo et principaliter indulgẽ
tiã dare non poſſit. pt̃ tñ vti indulgentia
alijs data. ⁊ ſub eadẽ forma. Cõ. Tho. vbi
ſup̃. A. Idẽ ĩ ſũ. con. eo. ti. q. clxxxvj. B

¶ Utrum indulgentia valeat illi qui li-
benter faceret illud pro quo datur: ſꝫ nõ
poteſt: Rñdeo. ſm Tho. in. iiij. diſ. xx. Non.
quia indulgentia tm̄ datur ſub hac for-
ma. ſ. vt faciat vel det hoc vel illud. Ideꝫ
Al. A. Idẽ in ſũ. con. eo. ti. q. clxxxvij. B

¶ Utrum vnus poſſit alteri indulgenti-
am mereri: Rñdeo. ſm Tho. in. iiij. diſ. xlv.
Nõ poteſt. niſi ꝓcedat ex intentõne dan-
tis. Unde poſſet ſi indulgentia fieret hoc
mõ dicendo. ꝙ ille qui facit vel pro q̄ fit
habeat talem indulgentiam. Con. Al. A
Idẽ in ſũ. cõ. eo. ti. q. clxxxviij. B. Et ſile

dicendu ꝫ eſt de his q̄ ſunt in purgatorio. qꝛ ſi fiat ſub hac forma. Quicunqꝫ fecerit hoc vel illud. ipſe vel ali⁹ pro q̄ facit ī purgatorio detentus habeat talē indulgentiam: valebit illi. al's nō. Nec ꝓpter hoc ſequitˀ q̄ ꝑlatus poſſit pro ſuo arbitrio animas a purgatorio liberare. q̄a ad hoc q̄ īdulgentie valeant: reqritˀ cauſa ꝯueniens īdulgentias faciendi. Con. Pe. ⁊ Inno. A. ſimilitˀ Raij. et glo. ei⁹. Sꝫ Hoſti. dicit ſimplicitˀ q̄ ex vi indulgentie nō valent hmōi defunctis remiſſiones. cum nō ſint de foro eccleſie. ſꝫ bona opa quib⁹ q̄s meretˀ īdulgentiā. vt elemoſine. vel pegrinatōes valēt eis ſicut ⁊ alia ſuffragia eccleſiaſtice emunitatis. vt ī ſum. cō. eo. ti. q. cxcj. Sꝫ certe nō videtˀ ratio q̄re ad defunctos poſſit transferri meritū bonorū opeꝝ. ⁊ nō meritū xp̄i. vel militantis eccleſie. Vn̄ ſi papa hmōi facēt indulgentias: nō deberem⁹ os ponere in celū. de plenitudine pt̄atis ei⁹ temere dubitādo ſc̄m glo. Raij. et in dicta. q. cxcj. B

Quid de illo q̄ ꝯſequitˀ generalē indulgentiā poſitā p papā: R̄e. ſc̄m Hoſti. Statim euolat ſi in tali ſtatu decedat. A. Cō. glo. Raij. vt in ſū. con. eo. ti. q. clxxxij. B

Utrum cruce ſignatus qui moritˀ anteq̄ iter arripiat: habeat indulgentiaꝫ: R̄eo. ſc̄m Tho. in quolibet. Forma cōſideranda eſt. Nam ſi concedatˀ accipientib⁹ crucem: ſtatim habet etiamſi decedat anteq̄ iter arripiat. Secus ſi ꝯcedatˀ tranſeuntib⁹. A. Con. glo. Raij. vt in ſum. con. eo. ti. q. cxcij. B. Precipitˀ in virtute obedie̅tie ſub pena excōmunicatōis. A. Tex. dicit ſub interminatōe maledictōis eterne. vt in cle. religioſi. ō priuile. de q̄ infra. B. religioſis ne p̄dicent indulgentias indiſcretas. vt in cle. religioſi. ō priuile. De queſtuarijs q̄ portant indulgentias. aut predicant. habetˀ infra. queſtuarij.

Infamis. Duob⁹ modis eſt aliquis infamis. ſcꝫ de facto. ⁊ de iure. Infamis de facto ē. cuius apud bonos et graues grauata eſt opinio ſup crimine aliq̄. Infamis de iure eſt. quē ius ponit eſſe infamē. vt q̄ ꝯuict⁹ eſt de furto. vel q̄ pugnat ī arena ꝓ lucro ⁊ plura huiuſmōi. A. Hoc fuit dictū glo. Raij. vt patet in ſum. con. li. iij. ti. xxv. q. j. B. Omnis autē infamis tam de iure q̄ de facto debet repelli a ꝓmotione. ſiue ſit dignitas. ſiue ordo. quia porte dignitatis infamib⁹ patere non debent. diſ. lj. qui in aliquo. extra. de re. iur. infamib⁹. li. vj. A Hoc fuit dictum Raij. vt ptꝫ in dicta. q. j B. Item infamis nō poteſt eſſe iudex vel procurator. extra. de iudic̄. cum deputati. A. Parum videtˀ facere. ſed plus facit dictum. c. infamib⁹. B. Iteꝫ repellitˀ ab accuſando. ff. de accu. l. qui accuſare. Iteꝫ a teſtificando. niſi in caſib⁹ extra. de teſti. c. teſtimoniū. A. niſi eſſet in integrum reſtitutus. vt īfra. teſtis. §. v. B. Item a poſtulando. ff. de poſtu. l. j. de qua poſtulatione habes infra. poſtulatio. §. fi. Hec at̄ ō infamib⁹ ſic ſupficialiter dicta ſufficiāt Alia plura potes vidē. iij. q. vij. §. porro. in tex. et glo. Qualiter ⁊ qn̄ infamatis ſit indicenda purgatō. vide infra. purgatio. §. ij.

Infidelis. Utrū liceat fidelib⁹ cōmunicare cum infidelibus: R̄eo. ſc̄m Tho. ſc̄da ſc̄de. q. x. Qui ī fide firmi ſūt ita q̄ ex eoꝝ ꝯmuicatōe cū infidelib⁹ ſperatˀ magis illoꝝ ꝯuerſio q̄ hoꝝ ſubuerſio: non ſunt ꝓhibendi ꝯmuicare cū infidelib⁹. Simplices aūt ⁊ infirmi ꝓhibendi ſunt ne ſine magna neceſſitate cum eis conuerſentur.

Que īfidelitas ſit grauius pc̄m: R̄eo. ſc̄m Tho. vbi ſup̄. Heretici q̄deꝫ q̄ ꝓfitentˀ legem euangelij et eaꝫ corrumpunt: grauius peccant q̄ iudei q̄ fidem nunq̄ ſuſceperūt. et iudei q̄ ſuſceperūt figurā eius in veteri lege quā male intˀpretantes corrūpunt. grauius peccant q̄ gentiles q̄ nullo modo fidem euangelij ſuſceperūt. Poſſent tamē ſc̄m quid aliter compari.

Utrum cum infidelib⁹ ſit diſputandū de fide: R̄eo. ſc̄m Tho. vbi ſup̄. In diſputatione fidei ꝯtra hereticos duo ſunt ꝯſideranda. Unuꝫ ex pte diſputantis. qꝛ ſi diſputat tanq̄ de fide dubius. et experiri volens veritatē. tunc peccat ꝓculdubio tanq̄ infidelis. Si aūt diſputat ad cōfutandum errores. vel ad exercitium: laudabile eſt. Aliud eſt conſiderandum ex parte audientium. vtrum ipſi ſint inſtructi et firmi in fide. tunc enim nulluꝫ eſt periculum diſputare. Aut ſi andientes ſūt ſimplices et in fide titubantes. Circa tales diſtinguendum eſt. quia ſi ſunt ſolicitati

ab infidelibꝫ nitentibꝫ in eis fidẽ corrum-
pere tunc neceſſe ē publice diſputare. dũ-
modo inueniant aliq̃ ad hoc idonei. Per
hoc enĩ ſimplices in fide firmabunt ⁊ tol
let infidelibꝫ decipiendi facultas. Si vo
nõ ſunt ſolicitati tũc ꝑiculoſum eſt publi
ce diſputare de fide corã ſimplicibꝫ q̃r fi-
des etiã ex hocipſo eſt firmior q nihil di-
uerſum audierũt. ⁊ ideo nõ expedit eis vt
audiãt verba infideliũ diſputantiũ cõtra
fidẽ. Prohibent quoq omẽs laici diſpu-
tare de fide publice vel occulte. ext. de he
reticis. quicunq. li. vj. A. Et ibi dr̃. Qui
vo ↄtrafecerit: excõicationis laqueo in-
nodet. B. Utꝝ liceat infideles trahere ad
fidem ꝑ aliqua data munera. vide infra.
munus. §. ij. et infra. iudeus iij. §. j. circa
fi. Infideliũ matrimoniũ. de hoc quere ſu
pra. impedimentũ ix. de diſpari cultu per
totũ. Item de infidelibꝫ hereticis. vide ſu-
pra. hereticus. De iudeis. infra. iudeus.
De ſarracenis. infra. ſarracenus.

Ingratitudo. Utrũ ſit

pctm mortale? Reſ. ſm Tho. ſcda
ſcde. q. cvij. Ingratus dr̃ aliquis
dupliciẽ. Uno mõ ꝑ ſolam omiſſionẽ: pu
ta q non recognoſcit vel retribuit vices
pro bñfitio accepto. et hoc nõ ſꝑ eſt pec-
catũ mortale. Nam ſi ingtus ꝑtermittat
illud ad qd non tenet. A. ſcꝫ ex obliga-
tiõe neceſſitatis. ſꝫ ex debito ḡtitudinis
qd eſt vt hõ aliqd liberaliẽ tribuat etiaꝫ
ad qd non tenet ſm eundẽ Tho. ibidẽ. B
nõ peccat mortaliẽ: ſed venialiter. q̃a ꝓ-
uenit ex negligentia quadã ſeu indiſpo-
ſitione. A. ſcꝫ hoĩs ad virtutem. vt patꝫ
ibidẽ. B. Poteſt tñ eſſe mortale ꝓpẽ inte-
riorez ↄtemptũ. aut ſi ſubtrahat illud qd
ex neceſſitate debet benefitio ſiue ſimpli
citer ſiue in aliq̃ neceſſitatis ḡdu. A. vt
ſi omitteret facere quod ꝓmiſit ꝓpter ac-
ceptum bñfitiuꝫ. aut ſi bñfaciẽti nõ ſub-
ueniret cũ poſſet in notabili neceſſitate.
B. Alio modo diciẽ ingtus nõ ſolũ quia
ꝑtermittit: ſed ⁊ ↄtrariũ agit. Et hoc etiã
ſm ↄditionẽ eius quod agiẽ qñq eſt pec-
catum mortale. quandoq veniale.
¶ Utrum ingratis benefitia ſint ſubtra-
henda. Reſ. ſm Tho. vbi ſuꝑ. Circa ingt-
tum duo ſunt conſideranda. primo qui-
dem qd ipſe ſit dignus pati. et ſic certuꝫ ē
q meretur benefitij ſubtractionem. ſcdo
conſiderandũ eſt qd oporteat benefitium
facere. primo nanq non debꝫ eſſe facilis
ad ingratitudinẽ iudicandaꝫ. Nam forte
nõ occurrit beneficiato facultas. aut de-
bita opportunitas retribuẽdi. ſecũdo debꝫ
tendere ad hoc q de ingrato gratum faci-
at. q ſi non poteſt ꝑmo benefitio facẽ: for
te faciet ſecũdo. Si vo ex benefitijs mul-
tiplicatis ingratitudinẽ augeat et peior
fiat: debꝫ a bñfitioꝝ ceſſare exhibitiõne.

Iniuria quedã eſt enor

mis. quedã non. vt ſuꝑ. enormia.
§. ij. A. Melius ſuꝑ. abſolutio ij.
§. fi. in additione. B
¶ Utrum aggrauetur iniuria ex hoc q
cõmittaẽ in ꝑſonam pluribꝫ cõiunctam.
Reſpon. ſm Tho. ſcda ſcde. q. lxv. Cete-
ris paribꝫ. q̃to aliqua iniuria in plures
redundat. tanto eſt grauius peccatuꝫ. Et
inde eſt q grauius peccatuꝫ eſt ſi aliquis
ꝑcutiat principem q̃ priuatam ꝑſonam.
quia redundat in iniuriaꝫ totius multi-
tudinis. Cum autẽ infertur iniuria in ꝑ-
ſonam cõiunctam alteri qualitercunq.
tunc iniuria illa pertinet ad duas perſo
nas. et ex hocipſo aggrauatur peccatuꝫ.
Quomodo ⁊ quando liceat iniuriaꝫ ꝑſo-
ne vel rerum repellere. vide ſuꝑ. bellum j.
§. ij. De materia iniuriarum. vide infra.
pacientia.

Iniuſticia. Utꝝ faciẽs

iniuſticiam ſemꝑ peccet morta-
liẽ? Reſ. ſm Tho. ſcda ſcde. q. lix.
Cũ iniuſticia ↄſiſtat ĩ nocumẽto alteriꝰ:
maĩfeſtũ eſt q ↄtrariaẽ caritati. ⁊ ſic ex ſuo
genere eſt pctm mortale. Ille tñ q̃ in par
uis facit ĩiuſticiã: deficit a ꝑfectiõe eiꝰ qd
ē iniuſtũ facẽ ingtuꝫ pt̃ reputari nõ eſſe
oĩno ↄt̃ voluntatẽ eiꝰ qui hoc patiẽ: pu-
ta ſi auferat aliqs alicui vnuꝫ pomũ vel
aliqd tale. de q̃ ꝓbabile ē q ille ñ ledatur
nec ei diſpliceat. de ĩiuſticia iudicis eccle
ſiaſtici. vide ĩfra. iudex ij. §. fi. A. Immo.
§. j. B. Itẽ multa circa ĩiuſticiã iudicũ.
vide infra. iudex j. §. iij. et ſe.

Inobedientia. Utꝝ ſit

peccatuꝫ mortale? Reſ. ſm Tho.
ſcda ſcde. q. cv. Sic. Nã inobediẽ
tia ↄtriaẽ caritati dei q̃ exigit vt eiꝰ ꝑce-
ptis obediaẽ. In ꝑceptis aũt diuinis ↄtinet
q etiã ſuꝑioribꝫ obediaẽ. Unde Ro. xiij.

Qui reſiſtit p̄tati: dei ordinatōni reſiſtit. Itē ꝯtrariat̄ dilectōni ꝓximi inq̄tuz ſuperiori ꝓximo ſubt̄hit obedientiā quā ei dꝫ. Si aūt prelat⁹ aliq̄s tot p̄cepta īgerat ꝙ ſubdit⁹ ea īplere nō poſſit: excuſat̄. De obediētia habet̄. infra. obedientia ꝑ totū

Inquiſitio.

Sciendū ꝙ tribꝰ modis p̄ncipaliter ꝓcedit̄ ꝯt̄ aliquē de crimīe. videlicꝫ ꝑ accuſatōꝫ. denunciatōꝫ. et inq̄ſitōꝫ. Et quidē quō debeat fieri accuſatō. habet̄ ſup̄. accuſare. ⁊ ſup̄ accuſat⁹. Ad denunciatōēꝫ uō dꝫ p̄cedere caritatiua āmonitō. ex͞t. de accu. ſuꝑ his. et. c. qualit̄ et q̄ñ. ij. Et ad īq̄ſitionē p̄cedere debꝫ clamoroſa inſinuatio. vt ī dicto. c. q̄lit̄. Addit̄ ⁊ q̄rt⁹ mod⁹ ſcꝫ cū crimē obicit̄ ꝑ modū exceptōis. de quo agit̄. infra. inſcriptio. §. j. et. ij.

¶ Q̄ñ et a q̄ ſit ꝓcedendū ad inq̄ſitionez: R̄ńo. Cū ſubditus aliq̄s vel etiam p̄latus offendit ſi ꝑ clamorē et famam ad aures ſuꝑioris ꝑuenerit. nō quidē ortam a maliuolis et maledicis. ſꝫ a ꝓuidis et honeſtis. ⁊ ñ ſemel tm̄ ſꝫ ſepe. dꝫ veritatē diligenti⁹ ꝑſcrutari. vt puniat ſi oportꝫ. nō tanq̄ȝ idem ſit accuſator et iudex. ſꝫ q̄ſi denunciante fama. ex͞t. de accu. q̄liter ⁊ q̄ñ ij. et ex͞t. de ſymo. licet heli͞. A. In dicto c. qualit̄. nō dicit̄ de ortu infamie ſꝫ de denunciatōe q̄ facienda eſt a prouidis ⁊ honeſtis. Sufficit eñ̄ ſm̄ Raij. ꝙ apud bonos et graues quis ſit diffamatus. nō diſtinctꝰ a quibꝰ ortū habuit infamia. qꝛ īfamia ab incerto auctore ꝓcedit. de cōſe. diſ. iiij. ſcēm. Con. Ber. et Hoſti. ī dicto. c. qualit̄. ⁊ in ſū. con. li. iij. ti. xxxiij. q. v. Et addunt ꝙ tūc purgatio ē indicenda saltē ꝓpter ſcandalū. ar. ex͞t. de pur. ca. accedēs Addit Hoſti. Si nō oīno ꝯſtaret ꝙ a maliuolis orta infamia eſſet nec ſcandaluꝫ immineret nec multū ſpꝑſa eſſet infamia. nō eſſet de neceſſitate purgatio indicenda. ex͞t. de pur. ca. cum in iuuentute. Itēꝫ vt patet ibidē Al. dicit ꝙ ad inq̄ſitionem ꝓcedit̄ ex quatuor cauſis. ſcꝫ ex clamoroſa inſinuatione. vt dictum eſt. Itēꝫ ꝓpter ſcandali timorē quod pt̄ turbare eccl̄iaꝫ ſiue ſit vnus adeo potens ꝙ ipſe ſcandalizatus poteſt eccleſie ſcandalū ſuſcitare. ſiue ſint plures. Ad remotionē aūt talis ſcandali indicit̄ purgatio. ⁊ illa ſequitur inquit inquiſitionē. Item poteſt fieri inquiſitō contra eū qui ſuſpectus eſt ſuo p̄lato. vel principi terre. vel alijs bonis viris. quia ex hoc indicitur purgatio. Itēꝫ fit inquiſitio ꝓpter ꝑiculum etiāꝫ ſine infamia ſicut fit in hereſi. et in alijs criminibꝰ que ſerpunt in occultꝰ. Ibidē etiam patet ſm̄ Hoſti. qualiter ep̄us ex officio ſuo viſitet quolibet anno quālibꝫ eccleſiā etiamſi nulla p̄cedat infamia. ⁊ tunc inquirere debet ex officio puro tam de clericis q̄ȝ de laicis. Dicit etiāꝫ ꝙ archip̄ſbit̄ viſitat ſi de ꝯſuetudīe hoc habeat. poſtea ep̄us de iure ꝯmuni. poſtremo archiep̄us eodem iure. et legatus ab apoſtolica ſede miſſus. Et ꝯtra hoc nō currit preſcriptō extra. de p̄ſcrip. cum non liceat. quia niſi viſitaretur anima ꝑiclitaretur. p̄uilegia tamen bene poſſunt eximere. Hec omnia in dicta. q. v. H.

¶ Qualiter ꝓcedendū ſit in inq̄ſitione q̄ fit ꝯtra ſingularē ꝑſonam: R̄ńo. Primo q̄dem ſciendū. ꝙ debet fieri in loco vbi conuerſat̄ ꝑſona de qua eſt inquirendū. xxiij q. j. ꝑatus. extra. de elec. poſtq̄ȝ. et ex͞t. de preſcrip. quoſdaꝫ. Citabit̄ aūt ipſe cōtra quē inq̄rendū ē. ⁊ ſic dꝫ eſſe p̄ñs. niſi ꝑ cōtumaciā ſe abſentauerit. ⁊ dꝫ fieri coram eccl̄ie ſenioribꝰ. A. De iſtis ſenioribꝰ non dr̄ in. c. allegatis. ſꝫ bñ dicit Goff. ⁊ pt̄ intelligi de legittimis officialibꝰ iudicis inq̄rentis. H. Item exponenda ſunt ei illa capitula de quibꝰ fuerit inq̄rendū vt facultatem habeat defendendi ſe. Et nō ſolum dicta teſtiū ſunt ei dicenda. ſed etiā nomina eoꝝ. vt quid et a q̄ ſit dictū appareat. et ne ſuppreſſione nominū det̄ audacia infamandi. A. Dicit tñ̄ Hoſti. ꝙ cauti iudices ꝯſueuerūt tradere depoſitōnes ſine noībꝰ. et noīa ſine depoſitōnibꝰ. ꝓpter teſtium euitanda pericula. vt in ſum. cō. li. iij. ti. xxxj. q. vj. H. Itēꝫ admittende ſūt exceptiones et replicationes legittime. Hec omnia extra. de accu. qualit̄ et quando. ij. et. v. q. ij. ſi primates. Et talis quidem poteſt opponere contra inquiſitoreꝫ de ſuſpectꝰ. vel ꝙ ſit criminoſus. ⁊ contra denunciationem. A. id eſt denuncianteꝫ. vt in dicta. q. vj. H. vel litteras ad inquirendum impetratas. et contra teſtes ⁊ dicta eoꝝ. ex͞t. de accu. cū oporteat. et. c. cū dilect⁹. ij. Non tñ̄ debēt admitti teſtes niſi legittimi. ex͞t. de ſen. et re. iudi. cū I et a.

Jtē inq̄ſitoꝛ debet facere iurare ⁊ teſtifi-
cari etiā illos qui denunciauerūt.ext̄. de
ſiīmo.licȝ helẏ̄. Secus ē in via accuſatō-
nis.qꝛ accuſatoꝛ nō poteſt eſſe teſtis.ext̄.
de accu.cū P. Jtē ſciendū ꝙ in nullo cri-
mine pt̄ ꝓcedi ad inq̄rendū ex denūtia-
tōe:niſi p̄ceſſerit fr̄na correctō. vt ī dicto
c.licȝ.de q̄ vide ſup̄.correctō fr̄na.§.v.
¶ Qualit̄ ꝓcedendū ſit ī inq̄ſitōne gene-
rali:puta cū ꝯmittit̄ alicui inquiſitio ec-
cleſie tam ī capite q̄ in mēbris.Re. Debȝ
ꝓcedi de plano et ſine ſtrepitu iudicij.cū
nō deceat ſeruos dei talibꝫ implicari.ext̄
de accu. olim. non ita ꝙ oꝛdo iudiciariꝰ
oīno p̄termittat̄.ſȝ ꝑ modum qui habet̄
īfra.iudiciū.§.j. Jtē in tali inq̄ſitōe reci-
piunt̄ teſtes q̄les in eccleſia īueniunt̄.qꝛ
que domi fiunt: per domeſticos pꝛobari
opoꝛtet.extra.de teſti.veniens ij.
¶ Jn q̄ differt inq̄ſitō quā facit iudex ex
officio ad clamoꝛē fame. et ea ad quā ꝓ-
cedit̄ alio ꝓcurante ſiue ꝓmouente.Re.
Jn multis.Nā cū ꝓcedit ex officio.tūc is
ꝯtra quē inq̄rit̄ cogēdus eſt iurare ꝙ re-
ſpondeat veritatē ad interrogata.et hoc
dico ſiue inq̄rat̄ ꝯtra detēminatā ꝑſonā.
ſiue cont̄ ꝯuentuȝ. Si vͦo ꝓcedit̄ alio ꝓ-
curante non eſt aduerſariꝰ cogendus iu-
rare:ne ꝓpter hoc ꝓmotoꝛ inq̄ſitōis poſ-
ſit inſtrui.ſed ipe tenet̄ ꝓbare ſuā inten-
tionē:alit̄ puniet̄ ſuſpenſione vel hmōi.
A.i.ſuſpendet̄ ab officio ⁊ beneficio. vt ī
c.cū dilectus.de q̄ infra.B. donec ſe pur-
gauerit ꝙ nō animo calūniandi crimīa
ꝓpoſuit.ext̄.de calūp.c.cū dilectus. Jtē
cum inq̄ſitoꝛ ex officio ꝓcedit publicatis
atteſtatōnibꝫ:pt̄ denuo ab alijs teſtibꝫ in
quirere.vt.ij.q.v.habȝ.et.c.mēnam. Cū
vͦo alio ꝓcurante fit:tūc publicatis atte-
ſtatōnibꝫ nō recipient̄ alij teſtes.quia ti-
met̄ de ſuboꝛnatōe.A. Jdem in ſum.con.
in dicta.q.vj. B
¶ Que foꝛma iuramēti teſtiū in cauſa ī-
quiſitōis?Re. Si eſt ꝯ ꝑſonā ⁊ crimē de-
t̄minatū:iurat teſtis ꝙ ſuꝑ crimine dicet
plenā veritatem.ext̄.de ſẏmo.licet helẏ̄.
Si vͦo eſt inq̄ſitio ſuꝑ ſtatu eccleſie:iurat
de his dicere quod ſcit vel credit ī eccleſia
refoꝛmanda.vel ꝙ reſpōdeat ad interro-
gata.ext̄.de accu. cum dilectus. Et nota
ꝙ in talibꝫ iuramentis non debet nec ſo-
let iurari de occultis. Nam ſecretoꝝ ſolꝰ
deus iudex ⁊ cognitoꝛ eſt.diſ.xxxij.erube-
ſcant.et.ij.q.v.cōſuluiſti. et ſolū deū ha-
bent vltoꝛeȝ.C.de iureiur̄.l.iuſiurādi. A
Hic vocant̄ occulta ſiue ſecreta.ſm Wil.
et in dicta.q.vj. nonſolū ſecretū ꝯfeſſio-
nis:ſed et oīe crimen de q̄ quis non eſt
infamatus.Et addit ꝙſi aliquis infama
tus ſit de aliquo crimine:puta de foꝛnica-
tione.⁊ ſuꝑ hoc crimīe fiat inquiſitō:de-
bet teſtis etiaȝ dicere ſecretas circūſtan-
tias q̄s nouit licet iurauerit tenere ſecre-
tum. Jtē ꝙ qn̄ fit inq̄ſitio generalis.tunc
ſi de occultis de q̄bꝫ non pꝛeceſſit infamia
aliq̄d dixerint teſtes n̄ valebit dictū eoꝝ
nec ille ꝯtra quē depoſuerūt ꝓpt̄ hoc erit
puniendus.vt ext̄.de accu.inq̄ſitōis. B.
¶ Qn̄ fit inq̄ſitio in aliq̄ monaſterio q̄s
ꝓuidebit de expenſis inq̄ſitoꝛi vel mona-
chis q̄ ꝓſequunt̄ ꝯtra abbateȝ?Re. Pꝛo
oībꝫ debȝ ꝓuideri de rebus monaſterij.et
non tm̄ denuntiantibꝫ.ſeu accuſantibꝫ. ſȝ
etiā quos iudices ad ꝓſecutionē negocij
idoneos duxerint aſſumendos.ext̄.de ac-
cu. ex parte.et.c.olim.A. Jn his.c.nihil
dici videt̄ de expenſis inq̄ſitoꝛis:ſed alioꝝ
pꝛedictoꝛum tm̄. B
¶ An durante inq̄ſitōe:monachi debeāt
obedire abbati?Rn̄. Debent in licitis et
honeſtis. dūmodo nō impediat̄ ꝓſecutio
negocij.ext̄.de accu.ex pte.et.c.olim.
¶ Nō poteſt pꝛelatus inferioꝛ ſuis ſubdi
tis interdicere ne reuelent ſtatum ſuum.
vel eccleſie ſue.aut ꝑſonarū. his q̄ miſſi
ſunt ad inq̄rendum.coꝛrigendū et refoꝛ-
manduȝ.nec tenēt ſnīe excōmunicatōis.
ſuſpenſionis vel int̄dicti ꝯtra hmōi late.
nec etiā iuramēta vel ꝓmiſſiones ⁊ obli-
gationes alie facte ad celandū. Jnſuꝑ ab
inq̄ſitoꝛibꝫ talis temeritas aīaduerſione
digna pꝛecipitur caſtigari.extra.de offi.
oꝛ.quia pleriqȝ.li.vj.
¶ Poſtq̄ coꝛam eo q̄ ꝯtra aliquē ſuꝑ cer
tis criminibꝫ inq̄ſitoꝛ fuerat deputatꝰ ea-
dem crimina ille cōfeſſus fuit.non pt̄ im-
pugnare ꝯfeſſioneȝ q̄ minus puniat̄. nec
ideo pt̄ punitōȝ euadere dicēs ꝙ ſuꝑ eiſdē
criminibꝫ antea nō fuerat diffamatꝰ.vel
ꝙ ꝑ eundē inq̄ſitoꝛeȝ capitula ſuꝑ q̄bꝫ vo-
lebat inq̄rere ſibi tradita nō fuerūt.ext̄.
de accu.poſtq̄.li.vj.
¶ Si is cui ꝯt̄ te ꝯmiſſa fuit inq̄ſitō ſuꝑ
certis crimībꝫ ꝓceſſerit ad vͥtatē īq̄rendā

omiſſa inq̄ſitione infamie de pn̄te nec re-
clamāte aut quicq̄ ſuꝑ hoc excipiēte nō
poteris īpugnare proceſſum eius ob hoc
quia nō fuit de infamia primitus inquiſi-
tum. extra. de accu. ſi is. li. vj.

¶ Quis ē effectus inq̄ſitionis? R̄. Si in-
quirit̄ ꝯtra p̄latū. ſiue habentē admini-
ſtratōēꝫ et ꝯuincit̄. pena eius eſt remotō.
exemplo villici diffamati cui dictū eſt. iā
nō poteris amplius villicare Lu. xvj. ext̄
de accu. q̄liter et qn̄ ij. Si vō nō habꝫ ad-
miniſtratōēꝫ: pena ē arbitraria ſm̄ meri-
ta pſone et qualitatē exceſſus. ext̄. de ac-
cu. inq̄ſitionis. in fi. p̄mi rn̄ſi. Sꝫ hoc fal
lit in criminibꝫ enormibꝫ que ordinis ex-
ecutionē aut retentōēꝫ benefitij etiā poſt
ꝑactaꝫ pniaꝫ impediunt. vt ē in ſymoni-
aco in ordine et bn̄fitio. ext̄. de accu. inq̄-
ſitionis. In his eīm ſic eſt ſicut ī accuſatō-
nibꝫ in iudicō ꝓcedendū. vt in dicto. c. in-
q̄ſitionis. A. Effectus aūt accuſatōis eſt
q: inducit degradatōēꝫ. Denuntiatio vō
ad pniaꝫ. vt pt̄ colligi in dicto. c. q̄liter ⁊
qn̄. et notat̄ in ſum. con. li. iij. tit. xxxj. q.
iiij. ſm̄ Raij. B. Que aūt dicant̄ crimia
enormia. vide ſuꝑ. enormia. et ſuꝑ. crimē
De inq̄ſitoribꝫ hereticoꝝ. habes ſuꝑ. he-
reticus j. §. iiij. et hereticus ij. §. xvj. qui
incipit. inq̄ſitores in certis ꝓuintijs. cum
ſequentibꝫ. et hereticus iij. ꝑ totum.

Inſcriptio. Qui accu-
ſat aliquē debet ſe inſcribē. id eſt
ad penaꝫ talionis ſi nō ꝓbauerit
obligare. vt ſuꝑ. accuſatio. §. ij.

¶ Utꝝ inſcriptō ſit ſemꝑ neceſſaria? R̄.
Quādo crimē non opponit̄ directe ꝑ mo-
dū accuſatōnis vel denunciatōnis. A. Qn̄
opponeret̄ ꝑ modū denunciatōis etiā tūc
nō eſt neceſſaria inſcriptio ſed caritatiua
monitio. ext̄. de accu. q̄liter et qn̄ ij. B. ſꝫ
ꝑ modū exceptōis. vt cū obicit̄ accuſato-
ri vel teſti ad hoc vt ab accuſatōne vel te-
ſtificatōne repellat̄. vel electo vt a ꝓmo-
tōne excludat̄ nō eſt neceſſaria inſcriptō
Sed ſi obiciat̄ iam ꝯfirmato: puta in cō-
ſecratione. obiciens debet ſe obligare ad
penam extraordinariā ad arbitriū iudi-
cis circa vinculū inſcriptionis. Nam ele
ctus crimine ſic probato ꝑdit quod ꝑ ele-
ctionem et ꝯfirmationē ei fuerat acquiſi
tum. ſꝫ prius habita nō amittit. extra. de
accu. ſuꝑ his. et. c. qualiter et qn̄ ij. in fi.

Inſtitutio. Capitulum
ſede vacante poteſt admittere et
inſtituere in benefitijs preſenta-
tos a patronis ſi ſint ijdonei licet al's ta-
lis admiſſio et inſtitutio ad ep̄um ꝑtinēt
tamen ſede vacante non pt̄ cōferre bene-
ficia que ad collationem epiſcopi perti-
nēt. extra. de inſti. c. j. li. vj. Inſtituere he-
redes quomodo teneat̄ teſtator. vide īfra
teſtamentum ij. §. j. ꝑ totum.

Interdictū primo com
muniter. Interdictū aliud eſt ge-
nerale. aliud ꝑticulare. Generale
dicit̄. qn̄ generaliter interdicit̄ regnum.
aut ꝓuintia ſiue etiaꝫ ciuitas. aut caſtꝝ
A. aut villa. vt in. c. cum in ꝑtibꝫ. de quo
infra. B. Et intelligenduꝫ eſt generale in
hoc caſu etiam ſi interdicat̄ terra alicu-
ius qui nullam habet integrā ſed tm̄ pro
parte. Particulare vō quando de multis
eccleſijs vna vel pauce interdicunt̄. ext̄.
de ſ. ſig. cum in partibꝫ. A. Idem in ſum.
con. li. iij. ti. xxxiij. q. ccxxij. et ſe. B

¶ Quid eſt dicere. interdico talē locum?
R̄. ſm̄ Inno. Nihil aliud eſt dicere q̄ꝫ in-
terdicere ibi hoīes habitantes a certis ſa
cramentis ibi accipiendis. et a ſepultura
et q̄ clerici ibi publice celebrare et ſacra-
menta cōferre ꝓhibent̄. A. Hic ḡ inter-
dictum eſt quedaꝫ eccleſiaſtica cenſura q̄
q̄s ꝓhibet̄ a ꝑticipatōne q̄rundā ſacmen
toꝝ et diuinoꝝ. et ſepultura. Et ad hoc fa
cit quod habet̄ in ſum. con. eo. ti. q. ccxx.
Qn̄q: aūt ponit̄ et ꝑ alijs ꝑticularibꝫ ꝓ-
hibitōnibꝫ vt cū alicui interdicit̄ ingreſ-
ſus eccleſie. ext̄. de ſen. excō. is cui. li. vj.
B. Locus enim per ſe non eſt in culpa.
nec eſt ſacramentorum ꝑceptibilis.

¶ Interdictū ſm̄ Inno. hoſti. et Ber. nō
pt̄ poni ſine rōnabili cauſa. ſicut nec ceſ-
ſatio a diuinis. vt dictū eſt ſuꝑ. ceſſatō. §
j. et. ij. ext̄ eo. cū medicinalis. li. vj. et ext̄.
de his q̄ fi. a ma. ꝑ. ca. q̄ſiuit. Quā decre.
Inno. et Hoſti. intelligūt q̄ ſnīa interdi-
cti nō eſt ferenda ꝓpter culpā alicuiꝰ ꝑti-
cularis pſone ſed ꝓpter culpam vniuerſi-
tatis niſi cum ſit dn̄s loci. extra. de ſpon.
nō eſt nobis. ⁊ ext̄. de offi. dele. ſane. Unde
pt̄ fieri propter delictū dn̄i. ſiue capituli.
ſeu alicuiꝰ ꝯnitatis. A. Idē ī ſū. cō. li. iij.
ti. xxxiij. q. ccxxvij. B. Sꝫ h̄ nota. q̄ nullꝰ

locus pōt interdici auctoritate ordīaria vel delegata ꝓ pecuniario debito. vel pro cuiuſuis pecunie quātitate. alʼ nō tenet. niſi fieret de aplīce ſedis ſpāli ⁊ expſſa licentia. Hoc Bonifaciꝰ octauꝰ in q̄dā extrauagāti q̄ incipit. Pro inde attendētes.

¶ Utrum interdictū poſſit īponi nō p̄cedente admonitōne. R̄. ſm Inno. Si īponatur ꝓ culpa q̄ſi pena ſiue pnīa. tūc ꝓbata culpa vʼl notoria exn̄te imponi poteſt ſine vlla admonitōne etiā penitēti ⁊ correcto. ſicut inueniť de ſnīa ſuſpenſiōis q̄ fertur ꝯtra delinquētem ⁊ nō ꝯtumaceꝫ ſiue monitū. iij. q. iiij. in loco. A. Sꝫ ſm Hoſti. hoc intelligitur de pena quā quis ipſo facto incurrit a canone ſtatutā. Naꝫ tūc non optet p̄cedere monitōem. Secus autē ſi ab hoīe imponatur ꝓ pena. qꝛ tūc admonitō debet precedere extra. de coha. cle. ⁊ mu. c. ſicut. vt et notatur in ſū. cō. eo. ti. q. cccxxxj. B. Sed qn̄ ꝓ ꝯtumacia īfertur nō debet inferri niſi cōtra incorrigibilem ꝯtumacem. et tūc debet admonitio p̄cedē. extř. de appella. rephēſibilis.

¶ Que differentia ē inter īterdictū ⁊ excoīcatōꝫ. aut ſuſpenſioneꝫ? R̄. ſm Ray. Proprie loquendo excoīcatur ꝑſona. xj. q. iij. certū. extra. ď verbo. ſig. ex ꝑte. Et quidem ſi eſt maior ſeꝑat nō ſolum a ſacramentis. ſed etiam a coīone fideliuꝫ. vt ſup̄. excoīcatō j. §. ij. ſed vniuerſitas non excoīcatur. vt dictum eſt ſup̄. excoīcatio j. §. xxxij. qui incipit. vniuerſitas. A. Illum. §. quotaui ꝑ. xxix. B. Suſpenditur quoqꝫ ꝑſona ⁊ qn̄qꝫ quidē a beneficō. qn̄qꝫ ab officio. quandoqꝫ ab vtroqꝫ. ij. q. v. preſbiter. extra. de pur. ca. inter ſolicitudines. Interdicitur v̄o quandoqꝫ ipſe locus. vt regnum. ciuitas. caſtrum. vel eccleſia. extra. de ver. ſig. cum in partibus. Similiter aliqn̄ interdiciť vniuerſitas. vt clerus. vel ꝓplʼus. extra eo. ſi ſnīa. libro vj. A. Ideꝫ in ſū. con. eo. ti. q. cccxxix. B. Et nihil eſt aliud q̄ ſeꝑatio a certis ſacramentis. et oībus diuinis officijs. ⁊ eccleſiaſtica ſepultura. vt extra. de ſpon. nō ē nobis. extra. de penit. et re. qꝺ in te. Et de hac materia plene habeť infra. īterdictū iiij. §. j. ij. ⁊. iij. ⁊ aliqꝺ dictū ē ſup̄. §. ij.

¶ In quo ꝯueniūt excoīcatio. īterdictū ⁊ ſuſpenſio. R̄. ſm Hoſti. in pluribꝫ. Primo quidē qꝛ ſicut excoīcatō debet fieri in ſcriptis ꝯtinētibus cauſaꝫ ⁊ cuiꝰ ſcripture exemplū teneť iudex excoīcato tradē infra menſem ſi fuerit requiſitꝰ. de q̄ req̄ſitōne debet fieri publicū inſtrumentum. vel autētice lr̄e. Iudex aūt huiuſmōi conſtitutōnis violatoꝛ ꝑ mēſem vnum ab ingreſſu eccleſie ⁊ a diuinis ſuſpenſus eſt. ⁊ ſuꝑioꝛ ad quem recurriť debet ipſaꝫ ſententiam relaxare. ⁊ excoīcatorē ad intereſſe ꝯdemnare. Idem ꝑ oīa eſt in ſententijs ſuſpenſionis ⁊ īterdicti. Et de hoc habes ſup̄. excoīcatō j. §. viij. A. qui incipit quoꝺ debet. B. extra eo. cū medicinalis. li. vj. Scꝺo quia ſnīa excoīcatōis. īterdicti ⁊ ſuſpenſionis nō releuať ꝑ ſequentē appellatōeꝫ. ſed bn̄ ꝑ p̄cedētem. extra. de appella. ad hoc qm̄. ⁊. c. paſtoralis. et extra eo. is cui. lib. vj. Tercio qꝛ ligati aliq̄ ſententia de p̄dictis. nec eligere nec eligi pn̄t. extra. de appel. conſtitutus j. ⁊ extra de ꝯſuetu. cū dilectus. ⁊ extra. de excep. aplīce. et extra. de elec. cū inter. Quarto quia nullus dictoꝝ debet celebrare diuina. extra. de cle. exco. mi. c. ij. ⁊. c. poſtulaſti. §. fi. Quīto qꝛ tales ſnīas dꝫ monitō p̄cedē. qꝺ intellige. vt ſup̄. §. iiij. A. cū additōne ſua. B. et ar. extř. de ſen. exco. ſi canonici. lib. vj. A. Potiꝰ ē ſub rubrica de offi. or. eo. lib. B. Sexto qꝛ q̄libꝫ eoꝝ iurat anq̄ abſoluať nō ampliꝰ ꝯtrauenire. Et ī oībꝫ pōt fieri relaxatō ad cautelaꝫ. extra eo. venerabili. niſi eēt interdictū generaliter ꝓmulgatū. in q̄ nō hꝫ locum relaxatō ad cautelā. extra eo. pn̄ti. lib. vj. Septio q̄a talis ſnīa eſt etiā a ſuꝑioribꝫ obſeruāda. extra. de offi. or. cum ab eccľiaꝝ. Octauo qꝛ nullꝰ eoꝝ durāte ſnīa pōt teſtificari. extra. ď excep. aplīce. ⁊ extř. ď teſti. veniēs. ī fi. Nono qꝛ ſuꝑioꝛ n̄ dꝫ ipās ſnīas r̄uocare vʼl ꝓnūciare nllʼas eē. niſi vocatis ꝑtibꝫ extř. ď appel. romana. §. plʼ. li. vj. A. ſalua ꝯrā ꝯſuetudine q̄ ad relaxatōneꝫ ſi habetur vt in. c. romana. ď ſen. exco. li. vj. B. Decimo qꝛ illi q̄ ꝑ priuilegiū ſūt recepti in ꝓprios ⁊ ſpāles romane eccleſie filios. licet ꝓpter hoc nō ſint exempti. tn̄ ſic nec excoīcari. ſic nec interdici nec ſuſpendi pn̄t ab alio q̄ a romano pontifice vel legato a latere. extř. de v̄. ſig. veniēs. lib. vj. Undecio qꝛ oēs p̄dcē ſnīe noīe cēſure eccleſiaſtice ꝯtineneť extra. de ver. ſig. q̄renti. A. Con. Inno. vt in ſum. con. eo. titu.

q.ccxxxj. vbi ꝑdicta notantur. H.
¶ Quis pt interdicē? Rn̄o. ſm Inno. et
Hoſti. quilibet ꝑlatus hn̄s iuriſdictōez
ordinariā. Quilibet etiā hn̄s iuriſdictō
nem delegatā pt interdicē eccleſiā. terrā
vel pſonā ꝯtumacē ſue iuriſdictōis. eti-
amſi ꝯtumax ſit epūs. extra. de offi. dele.
ſane. q2 dioceſan⁹ tn̄ nō dȝ ſuſpēdere ſeu
īterdicere clericos ſeu eoꝝ eccleſias ꝑ-
petuo vel ad longuȝ tp̄s. niſi de cōſenſu
capl'i. extra. de exceſ. pla. c. j. A. Ibi nō
dr̄ de iſto tpe longo. vel ī ꝑpetuū: ſȝ hāc
limitatōem ponūt dicti Inno. et Hoſti.
Nā (vt ait idem Hoſti) mirꝫ eſſet q̄ epūs
ſine iuditio capl'i. nō poſſet ſuſpendere
vel eccleſias interdicere. cū nō tm̄ dele-
gatus ſolus: ſȝ etiā ſubdelegat⁹ ꝑ ſe va-
leat excoīcare. vt ext̄. de offi. dele. ex lit-
teris. vt ⁊ notat̄ ī ſū. con. eo. ti. q. ccxx-
viij. H. Et hoc maxīe qn̄ ꝓcedit ex offi-
tio ſuo. q2 tūc cū maiori deliberatōne ꝓ-
cedendū ē. Sȝ regulariter ⁊ de iure. ⁊ de
ꝯſuetudine ſnīa paſtoris ſolius timēda
ē ⁊ tremēda. xj. q. ij. c. j. xvj. q. ij. viſis. ex
tra. de offi. or. cū ab eccleſiarū. Itē īter-
dicere pt electus ꝯfirmat⁹ licet nōdum
ꝯſecratus: q2 hoc ē iuriſdictōnis. extra.
de elec. trāſmiſſam. Itē ſede vacante in-
terdicere pt capl'm. extra. de ma. et obe.
his que. ⁊ c. cum olim. ⁊ extra. de hereti
cis. ad abolendaȝ. j. rn̄ſo. Abbatiſſa ͦvo
interdicere nō pt. vt dictū eſt ſupra. ab-
batiſſa. §. iij. A. Predicta etiā notant̄
in dicta. q. ccxxviij. H.
¶ Quis pt interdici? Rn̄o. Sicut pt col
ligi ex. §. ꝑcedenti quilibȝ ſubditus vel
etiā terra vel eccl'ia pt interdici a ſuo ꝑ
lato. aliter ſnīa a nō ſuo iudice lata nō
tenet. extra. de offi. dele. ſane. ij. ⁊ extra.
de iudi. At ſi clerici. Exempti ͦvo a ꝑla-
tis nō pn̄t ab eis interdici. Si tn̄ ille q̄
eſt exemptus ex vna pte hr̄et aliqd̄ bn̄-
fitiū rōne cui⁹ nō eſſet exemptus. ī hoc
ſui dioceſani ſentētijs ſubiacet. extra. de
ꝑuile. cū capella. Probibet̄ etiam q̄ in
odiū exēptorū vel in fraudē ꝑuilegiorū
nō interdicant̄ vel excoīcent̄ vēdentes
illis. vel ab eis ementes. aut eis coīcan-
tes. al' contra faciētes puniēdi ſūt. ext̄.
de ꝑuile. quāto. A. Idē in ſū. con. eo. ti.
q. ccxxix. H. Sūt tn̄ caſus in quib9 exē-
pti ſubſūt dioceſanis ī quib9 pn̄t eos ī-
terdicere ſiue punire ⁊ ꝯdemnare: quos
habes ſuꝑ. exēptus. §. v. Itē nō pn̄t in-
terdici niſi a papa illi qui ſūt ſpāles ec-
cleſie filij. vt ſupra. §. vj. dictū ē in fi.
¶ Priuilegia q̄ aliq̄ nō pn̄t excoīcari
vel terre eoꝝ interdici ꝯceſſa ſingulari
bus pſonis eccleſiaſticis vel ſecularib9
nō extendunt̄ ad ſnīas epoꝝ: q2 ipi pn̄t
tales excoīcare ⁊ interdicē. A. Tex. c. i-
fra allegati nō dicit epoꝝ. ſed generalit̄
ordinarioꝝ. H. niſi fuerit cōceſſa regi-
bus. reginis. vel eoꝝ filijs. vel religioſis
nō rōne pſonaꝝ: ſȝ rōne ordinuȝ vel lo-
coꝝ. extra. de ꝑuile. ne aliqui. li. vj.
¶ Sub q̄ forma ͦvboꝝ dȝ poni interdi-
ctū? Rn̄o. Forma hec ē. vel ſil'es. Nos ꝓpt̄
talē cauſā eccleſiā ſiue terrā talē ſuppo-
nimus interdicto. extra. ꝺ ͦvbo. ſigni. cū
ī ptib9. ⁊ ext̄. de offi. dele. ſane. ij. Addūt
etiā coīter iudices dicētes. eccleſiaſtico
ſupponimus interdicto. vt Inno. dicit. ⁊
hoc ad differentiā interdicti legalis. ꝺ q̄
trāſim⁹ ad pn̄s. Poteſt etiā ſnīa īterdi-
cti ad volūtatē iudicis ꝺterminari. puta
vt interdicat miſſā cū cantu. vel veſpas
vel ſepulturā et hmōi. Poteſt etiā iudex
ab interdicto excipe. ⁊ ſubicē q̄s vult et
qn̄ vult. puta qn̄ dn̄s terre ibi fuerit ꝑ-
ſens. ⁊ hmōi. extra. de ſpō. nō ē nob. A.
Itē ī ſū. con. eo. ti. q. ccxxxij. ſm Inno.
⁊ Hoſti. Et addūt q̄ ſi pſona eſſet inter
dicta vel ſuſpenſa ꝑ culpa ſua nō poſſet
de licentia alicui⁹ celebrare nec ſuſpēdi
interdictum vel ſuſpēſio. Sȝ ſi ſuſpēſa
vel interdicta eſſet ob culpaȝ alteri⁹ qd̄
aliqn̄ fit. dici pt ſicut de interdicto loci.
q̄ talis ſnīa ſuſpendi pt. H.
¶ Qn̄ ſnīa interdicti obliget? Rn̄o. Suf
ficit ſnīam interdicti publice ꝓmulgari
nec poſtea neceſſe eſt eam ſingulorū au
ribus inculcare. Sufficit etiam cū quis
ſcit vicinos ſuos maxime metropolita-
nam eccleſiam recepiſſe ſnīaȝ ⁊ ſeruare
extra. de poſtu. ꝑla. c. j. A. Idem in ſū.
cō. eo. ti. q. cclxj. ſm Hoſti. H. Inſuper
omēs religioſi tam exempti q̄ nō exem
pti qui viderint vel ſciuerint matricem
loci eccleſiā. A. i. maiorem ſeu baptiſ-
malem. vt patet ꝑ glo. in cle. ex frequē-
tibus. de qua infra. vbi idem dicit̄ de ca
thedrali. H. ſeruare quodcunq3 inter-
dictuȝ poſitum auctoritate ſedis apl'ice

vel oꝛdiarioꝝ dñt ⁊ ipi ſeruare. alioqn
nō ſeruātes incurrūt excoīcatōem ipo
facto. Idē etiā ī īterdictis et ceſſatōibꝫ a
diuis īdictis ꝑ ſtatuta ꝓuīcialiū conci-
lioꝝ vel epōꝝ auctoritate. Idē ī genera
libꝫ ceſſatōibꝫ a diuis ciuitatū. terraꝝ. ⁊
alioꝝ locoꝝ q̄s aliqñ ex ꝯſuetudine ca-
pitula. collegia. vel conuentꝰ ſeculariū
aut regulariū eccl'iarū ſibi vēdicāt hoc
nō obſtantibꝫ q̄buſcūqꝫ appellatōibꝫ an
tea etiā ad ſedē aplicā vel ad aliū īterie
ctis. ⁊ alijs obiectōibꝫ quibuſcūqꝫ. vt ī
cle. ex frequentibꝫ. de ſen. exco.

Si ſnīa īterdicti ꝓferat ī clerū. nō tñ
ꝓpt hoc ītelligit ꝓpl's īterdictꝰ. nec ecō-
uerſo. Uñ vno ipoꝝ īterdicto aliꝰ licite
admittit ad diuia. extra eo. ſi ſnīa. li. vj
Cū vo alicuiꝰ terre ꝓpl's ē interdictꝰ ſin-
gulares eiꝰ ꝑſone ītelligūt īterdicte. vt
ī dicto. c. ſi ſnīa. §. fi. In generali qꝫ in-
terdicto alicuiꝰ terre. clerici licꝫ teneāt
illud obſeruare: tñ eoꝝ ꝑſone nō ſūt in
terdicte. ſm Wil. ⁊ Inno. ⁊ iō alubi exi-
ſtētes ī nullo tenent. vt īfra. interdictū
ij. §. fi. A. Idez ī ſū. con. eo. ti. q. cclxiiij.
Et addit ſm eūdez Inno. ⁊ Monal. ꝙ ſi
familia alicuiꝰ īterdiceret. et clīci eēnt
de eius familia. ꝙ et ipi īterdicti eſſent:
niſi ſpāliter excipent. B.

Utrum ſnīa interdicti ſuſpēdi poſſit
ita ꝙ liceat celebrare diuia? R̄ñ. ſm Ho
ſtien. ⁊ Inno. Quādo locꝰ vel eccleſia ī-
terdicit. talis ſnīa ſuſpēdi p̄t. ⁊ tūc licet
ibi celebrare. extra. de ꝓuile. vt ꝓuilegia
Qñ vo eſt interdicta ꝑſona ſeu ſuſpēſa
ſi factū ē ꝑ culpa ſuſpenſi vel interdicti
nō poſſet de licētia alicuiꝰ celebrare ne-
qꝫ interdictum vel ſuſpenſio ſuſpendi.
Si vo factum eſſet ꝓpter culpā alterius
quod aliqñ fit. vt. xvij. q. iiij. miror. ⁊. c.
felix. A. Hoc. c. felix. nō videt ibi habe-
ri. B. tūc dici poteſt ſicut de interdicto
loci. ꝙ talis ſententia ſuſpendi poteſt ꝑ
epiſcopum. ſicut ⁊ tolli.

Quid ſi īfra tp̄s ſuſpēſionis vel īter-
dicti appellet? R̄ñ. ſm Hoſti. Appellari
p̄t a ſuſpēſa ſnīa ſicut a cōditōnali. ext
appella. ꝓterea. ⁊. c. dilectis. §. verū dici
mus. ⁊ idem in ſnīa ſuſpenſionis. Secꝰ
aūt in ſententia excoīcatōnis cuiꝰ effe-
ctus nūq̄ p̄t relaxari ad tēpus: niſi i ōi-
no tollatur. extra. de ſen. exco. cum deſi-

deres. in principio. A. Idem in ſū. con.
eo. ti. q. ccxxxiiij. B.

Interdictū ſecūdo. ſ.
ſpāliter quod ponit in aliquaꝫ
terrā. Ubi ſciendū ꝙ cū dr. int-
dicimꝰ trā talis regis vel dñi ſm Inno.
⁊ Hoſti. intelligit omīs terra q̄ iuriſdi-
ctōni ſue ſubeſt tpe late ſnīe. ⁊ ſiliter q̄ ī
crimine ſibi fauet. Con. Ber. Si vo pꝰ
ſnīam terrā emit. nō eſt interdicta. niſi
ſnīe lator expſſerit ſiue intēderit tam de
ea quā habet ꝙ de ea quā habiturꝰ eſſet
Si vo vēdit ſuā: remanet illi terre onꝰ
interdicti donec relaxet. vt ponit Her-
mannꝰ in tractatu de interdicto. ar. ext
de poſtu. p̄la. ad hec. A. Idem in ſū. cō.
eo. ti. q. ccxxv. ⁊ ſe. B.

Quid ſi dñs tp̄alis ſupponat terram
ſuaꝫ ⁊ ꝓroget in ſe iuriſdictōnem ali-
cuiꝰ epi. an poſſit terra eiꝰ ab illo inter-
dici? Reo. ſm Hoſti. Si oꝛdinarius con-
ſenſerit in ꝓrogatōem. tūc planū ē ꝙ
poteſt. extra. de fo. ꝯpe. ſignificaſti. Sꝫ
ſi nō cōſenſerit adhuc puto ꝙ poſſit. et
clerici tale interdictū ſeruare tenent.
extra. de iuriur. ex reſcripto. et de offi.
dele. P. ⁊ G. Licꝫ eñ laicus ꝑ ſpālē cō-
uentōem nō poſſit ſupponere alijs eccle
ſias vel ꝑſonas eccleſiaſticas terre ſue.
tñ cū vniuerſitate tacite tranſeunt. A.
Idem in ſū. con. eo. ti. q. ccxxx. B.

Si ciuitas. caſtrū aut villa ſūt īter-
dicta illoꝝ ſuburbia ⁊ ꝯtinētia edifitia
intelligūt īterdicta. extra eo. ſi ciuitas.
li. vj. Al' vo noīe ciuitatis ītelligit qd
murorū ambitu ꝯtinet. vt ibi dicit.

Nūqd hoīes d̄ terra īterdicta poſſin
audire alubi diuina? Reo. Si eſt inter
dicta ꝓpter delictū dñi vel rectoris. tunc
ciues qui culpabiles nō exiſtūt poſſunt
extra ipam licite intereſſe diuinis. niſi
⁊ ipi fuerint īterdicti ꝓpter dñm punie
dum in eis. qꝛ tunc etiam alubi nō pñt
intereſſe diuinis. ſicut ⁊ nō poſſūt ſi ꝓpt
culpam illoꝝ poſitū fuit interdictū. ex
tra eo. ſi ciuitas. li. vj. Et idem intellige
dum ſi aliquis de ipis homibꝫ alio trāſ-
fert domiciliū. Et eodem mō intellige d̄
clericis alicuiꝰ terre interdicte: qꝛ ſi cul
pabiles nō exiſtūt nec fuerint ipi inter
dicti: pñt alubi celebrare diuina.

Interdictuȝ tertio. ſ. ī aliquā eccleſiā. Ubi prīo ſciendū q̄ ſi eccl'ia interdicit᷑. nec in capella ei⁹ celebrari nec ī cimiteiro poterit aliq̄s ſepeliri ſi ip̄a capella vel cimiteriū ſint eccleſie cōiuncta. Al'ſecus extra eo. ſi ciuitas. li. vj.

Quid ſi aliq̄s ſcienē celebrat ī eccl'ia aut q̄cūqꜫ loco īterdicto? Rēo. Niſi ſit p̄uilegiat⁹ ī hoc vel niſi ī caſibꝫ a iure cōceſſis celebret: irregularitatē īcurrit. a q̄ nō poterit niſi p̱ papā abſolui: nec p̄t eligi nec eligere. extra eo. is q̄. li. vj.

Interdictū quarto. ſ. q̄d ꝓhibet᷑ vel ꝯcedit᷑ tp̄e interdicti. Et prīo q̄dem nulla diuīa offitia ꝑmittūt᷑. extra. d̄ pe. ⁊ re. q̄ ī te. ⁊ extra. de ſpō. nō ē nobis. Sȝ hoc ī. vj. eo. ti. c. alma. tp̄at᷑ multū hoc mō q̄ ſingulis diebꝫ ī eccl'ijs ⁊ ī monaſterijs miſſe celebrēt᷑. ⁊ alia diuīa offitia ſubmiſſa voce ianuis clauſis. excoīcatis ac interdictis excluſis. cāpanis etiā n̄ pulſatis ita tn̄ q̄ nll'os alios etiāſi aliūde veniāt debēt admittere: niſi illi ſint ſup̱ hoc p̄uilegiati. extra. de p̄uile. li. vj. ita q̄ taȝ canoīci q̄ clerici eccleſiaꝝ ī quibꝫ diſtributōes q̄tidiane tribuūt᷑ ill' q̄ interſūt horis. ſi nō venerit amittant eas ſicut amitterēt ſi nō eſſet interdictū. ita q̄ ſolū ī feſtiuitatibꝫ. ſ. natalis. reſurrectōis penth. ⁊ aſſūptōnis bt̄e Marie. A. Itē ē hodie etiā de feſto corp̄is xp̄i ⁊ ei⁹ octaua. ſicut ē ſtatutū p̱ Martinū quītū. et Eugeniū q̄rtū. vt pȝ p̱ extrauagantē. q̄ īcipit. Excellentiſſimi. B. cāpane pulſētur. ⁊ ianuis ap̱tis alta voce diuīa celebrent᷑. excoīcatis excluſis. interdictis admiſſis: ita tn̄ q̄ illi ꝓpter q̄s ꝓlatū ē īterdictū altari nō app̱opīquēt. nō obſtantibꝫ q̄buſcūqꜫ p̄uilegijs q̄ reuocant᷑ q̄r ſufficere dȝ oībꝫ q̄ celebret᷑. vt dictū ē. Hec oīa in p̄dicto. c. alma. Itē nota q̄ tp̄e generalis īterdicti p̄t ꝯfici criſma ī die cene. extra eo. qm̄. li. vj.

Utrū tp̄e interdicti miſtrari poſſint eccleſiaſtica ſacramēta? R̄n̄. Nō. extra. de ſen. exco. R̄nſo. Et hoc multas recipit exceptōnes. Nā prīo quideȝ excipit᷑ baptiſmus. cathecīſmus. et cōfirmatio nōſolū ꝑuuloꝝ. vt ī dicto. c. r̄nſo. ſȝ etiā adultoꝝ. extra eo. qm̄. li. vj. Itē excipit᷑ pn̄ia nōſolū morientiū: ſȝ etiā viuoꝝ ⁊ ſanoꝝ. dū tn̄ nō fuerint excoīcati q̄ nō pn̄t admitti niſi in morte. ⁊ exceptis illis ꝓpter quorū culpā vel dolum lata eſt ſn̄ia interdicti. vel qui p̄buerūt cōſiliū. auxiliū vel fauorē. ſi nō pri⁹ ſatiſfecerit vel de ſatiſfaciendo dederit ẏdoneā cautōnem. Aut ſi hoc nō pn̄t niſi iurauerit q̄ cū poterit: ſatiſfaciēt. ⁊ ad ſatiſfactōnem faciēdā p̱ illos q̄ tenent᷑ dabūt cōſiliū ⁊ auxiliū ⁊ p̱ poſſe laborabūt. Nec ꝓpter aliq̄d p̄dictorū debet fieri relaxatio īterdicti. vt ext̄ eo. alma. li. vj. Itē excipit᷑ eukariſtia q̄ ad decedentes. extra. de pe. et re. q̄ in te. Negat᷑ extrema vnctio. vt in dicto. c. q̄ in te. A. Melius facit. c. r̄nſo. extra. de ſen. exco. ⁊ idē nota ī ſū. con. li. iij. ti. xxxiij. q. ccxxxv. B. Ad ordines aūt nō poterit laicus loci interdicti ꝓmoueri. Secus aūt de his q̄ erāt clerici nec ſūt interdicti. A. Nā tales ad alios ordines poterunt ꝓmoueri ſm̄ eūdem Inno. ⁊ ī dicta. q. ccxxxv. B. Matrimoīa vo ſm̄ Inno. fieri pn̄t apō interdictos: q̄r ⁊ apud īfideles ꝯtrahūt᷑. xxvj. diſ. deinde. nō tamē debet fieri bn̄dictio nuptiaꝝ ſm̄ Hoſtien. A. Idem ī ſū. con. eo. ti. q. cxxxvij. B.

Utrū tēpore generalis interdicti cōcedatur eccleſiaſtica ſepultura? R̄n̄. ſm̄ Inno. Qn̄ eſt interdicta coiter aliqua terra vel aliqua vniuerſitas denegatur laicis eccleſiaſtica ſepultura. etiāȝ ſi penitētiam acceperit. extra. de pe. q̄ in te. q̄r interdicti ſūt etiāſi pc̄tores nō ſunt. xxiiij. q. iij. ſi hēs. xvij. q. iij. miror. Sed illi q̄ inter p̄dictos excoīcant᷑ etiāſi ab ip̄a excoīcatōne abſoluant᷑ remanēt tn̄ adhuc interdicti donec ſoluat᷑ interdictū. Si tn̄ ī moriētibꝫ apparuerit ſigna pn̄ie. ⁊ poſtea fuerit ſolutū interdictuȝ tūc talium corp̱a erunt apud eccleſiam trāſferenda. ar. extra. de ſen. exco. cū illoꝝ. A. Melius eo. ti. c. a nobis ij. B. Et ſi apud eccleſiam ſtante adhuc īterdicto ſepulti fuerint: nō erūt poſtea exhumandi. cū ad eū ſtatum venerit res a quo incip̱e potuit. Et p̱ hmōi interdictis. ſ. qui penituerunt licet mortuaria recip̱e. ac p̱ eis orandum eſt. xj. q. iij. q̄cunqꜫ. Sed ſi nō penituerint. nec p̱ eis

orandū ē. nec mortuaria recipiēda ſūt.
lxxx. di. c. fi. A. Idē ī ſū. con. eo. ti. q. cc-
l. B. Clericis vō q̄ in tali generalitate ñ
ſūt iterdicti. nō negat̄ eccl'iaſtica ſepul
tura. ſine pulſatōe tñ cāpanaꝝ. ⁊ ceſſā-
te oī ſolēnitate. vt ī. dicto. c. q̄ in te. Sꝫ
q̄ ibi dr̄ cū ſilētio nō videt̄ hodie intel-
ligendū de ſilentio funeralis offitij: quia
cū cōcedat̄ quod maius eſt. ſ. dicere ho
ras ⁊ miſſas ſubmiſſe. vt in. j. §. dictum
eſt. ⁊ de offitio funerali cōcedi videt̄.

¶ Utrū quādo eccleſia eſt ſingulariter
interdicta illi de ꝓpl'o poſſint alubi eligē
ſepulturā: Rñ. ſm Inno. Si eſt interdi
cta in penā ꝓpl'i etiamſi multi ex eis nō
deliq̄runt: ſꝫ forte vniuerſitas vel mai-
or ps. vel forte quia deliquit dñs ⁊ ī hoc
punit̄. tūc prochiani nō poſſunt ī alia
eccleſia etiā nō interdicta eligere ſepul
turam. niſi forte ex priuilegio. extra. d̄
priuile. vt priuilegia. Si vō eſt interdi
cta ꝓpter delictum clericoꝝ tm̄. vel ꝓpter
hoc q̄ violata fuerit. tunc parochiani
poſſunt in alia eccleſia non interdicta
eligere ſepulturaꝫ. ⁊ audire diuina. A.
Con. hoſtien. vt in ſū. con. eo. ti. q. ccl. ī
principio. B.

¶ Utrū oēs iterdicti vitandi ſint: Rñ.
ſm Inno. hoſtien. et Ber. In diuis offi-
tijs vitandi ſūt oēs illi q̄ ꝓprio nomīe vl'
alia certa circūlocutōne p ſnīam deſi-
gnant̄ qui ⁊ dicunt̄ noīatim interdicti
in Inſti. de exhere. li. §. nominatim. Itē
vitandi ſūt tanq̄ nominatim interdicti
oms illi d̄ quibꝫ cōſtat q̄ interdicti ſūt
vt ſi ciuitas vel caſtrum interdicit̄. Si
vō interdicant̄ fautores ſiue pticipātes
in crimīe. nō dicūt̄ noīatim interdicti:
ſed tm̄ in genere. Uñ tales nō tenet̄ q̄s
euitare quouſqꝫ p iudicē ſpecificent̄. et
iudicent̄. niſi forte eoꝝ pticipatio eſſet
multū notoria. ita q̄ inficiatōni nō eſſꝫ
locus. extra. de coha. cle. ⁊ mu. tua nos.
A. Idem ī ſū. con. eo. ti. q. ccxxxvj. B.

¶ Qñ ꝯcedit̄ alicui pſone ſingulari vt
tpe interdicti poſſit celebrare et audire
diuina ī voce ſubmiſſa. tūc ei⁹ familia-
res ad audiendū cū illa ⁊ celebrādū ſibi
admittūt̄. Sꝫ nō ſic de familiaribꝫ ali-
cuius collegij. q̄z niſi priuilegiati fuerit
admitti nō debēt. Tali q̄ꝫ cōceſſione nō
p̄t gaudere ille cui⁹ culpa dolo vel frau-
de fuit ſnīa lata. ſeu qui ad ꝑpetrandū
ipm̄ delictū p̄buit cōſiliū. auxiliū vel fa
uorem. extra. de priuile. licet. li. vj.

¶ Epi qui ſūt ī via pñt ſecū ferre alta-
re portatile ⁊ facē ſibi celebrari vbicūqꝫ
fuerit. nō obſtāte interdicto. ext̄. de pui
le. qm̄. li. vj. Epi q̄ꝫ nō incurrūt ipo fa-
cto ſnīam interdicti. vt ſup̄. eps. §. v. A.
qui icipit epi ⁊ ſupiores. B.

¶ An in locis exemptis celebrari poſ-
ſit tēpore interdicti generalis: Rñ. Nō
niſi ſicut in alijs. extra eo. alma. in fi. ⁊
de priuile. auctoritate. hec li. vj.

¶ Sꝫ nūq̄d ex ſola ꝯſuetudine p̄t aliq̄s
venire ꝯ interdictum: Rñ. Nō. extra. de
ꝯſue. cū inter. A. Idem in ſū. con. eo. ti.
q. ccxliij. ſm Inno. ⁊ Hoſtien. B.

¶ Utrū tpe interdicti liceat ſecularibꝫ
ext̄ eccl'iam audire vel auſcultare offi-
tiū qđ fit ī eccl'ia: Rñ. ſm Hoſti. Excoī
catis ⁊ iterdictis nō licꝫ audire. neqꝫ cle
ricis lꝫ ita alte celebrare q̄ deforis poſ-
ſint audiri. nec ē eis pax portāda. aut
feneſtra vel oſtiū apiēdū ad vidēdū cor
pus xp̄i. vel ad offerendū p⁹ euangeliū.
Hec colligūt̄ ext̄. de peni. q̄ ī te. Con. ſa
tis Ray̅. ⁊ wil. Et idē dic wil. q̄ nō phi-
bent̄ ſcl'ares audire horas q̄ extra eccle
ſiā ſiue p viā dicūt̄. A. Cō. cū Wil. mo-
nal. vt pꝫ in ſū. con. eo. ti. q. cclx. B.

¶ Nūquid tēpore interdicti poſſit ſacer
dos bñdicere perā ⁊ bacculū pegrinoꝝ:
Rñ. ſm Wil. Cū nō repiat̄ eſſe phibitū
videtur eſſe conceſſum. A. Idem in ſū.
con. eo. ti. q. ccxlvij. B.

¶ Quid ſi ꝓpter fauorē ⁊ ad inſtantiaꝫ
aliquoꝝ poſitū eſt interdictū. ⁊ illi non
ſeruāt ſꝫ allegant q̄ habeāt priuilegia
⁊ huiuſmodi: Rñ. Neqꝫ alij ſeruare tenē
tur: ne de alioꝝ fletu ipi ridere videant̄
extra. de priuile. petiſtis. A. Uerū eſt ſi
priuilegiati exceſſerint terminos ſuoꝝ
priuilegioꝝ ī obſeruātia interdicti. vtꝫ
in eo. c. petiſtis. Hec etiam notant̄ ī ſū.
con. eo. ti. q. ccxliiij. vbi etiaꝫ addit̄ ſm
Hoſti. q̄ ſi aliqui ponunt vel poni ꝓcu-
rant interdictum vt poſtea ipi ſoli cele
brent. ⁊ ad ipos populus cōcurrat a q̄-
mendaciũ dicẽ. Soror ei dicit̃ qꝛ filia pa
tris Geñ. xx. Uere ſoror mea ẽ filia pr̄is
mei ⁊ non mr̄is mee. quia. ſ. ex ꝑte pr̄is ei
attinebat. Jacob v̄o miſtice dixit ſe eſſe
Eſau p̄mogenitus yſaac. qꝛ videlꝫ p̄mo-
genita illi⁹ de iure ei debebãt̃. Uſus autẽ
ẽ hoc mõ loquẽdi ꝑ ſpm̃ ꝓp̄hie ad deſignã
dũ miſteriũ. qꝛ vꝫ minor ꝓpl'us. ſ. gentili-
um. ſubſtituẽdus erat in locũ p̄mogeni-
ti. ſ. in locũ iudeoꝝ. Quidã v̄o ꝯmendan
tur in ſcriptura nõ ꝓpter ꝑfectã v̄tutem
ſed ꝓpter quãdã v̄tutis indolẽ. et hoc mõ
Judith laudat̃ nõ quia mẽtita eſt Holo
ferni: ſed ꝓpter affectũ quẽ habuit ad ſa
lutẽ ꝓpl'i. ꝓ qua ꝑiculis ſe expoſuit. q̃uis
etiã dici poſſit q͛ verba eius veritatẽ ha
bent ſm̃ miſticũ intellectuꝫ. A. Jdem in
ſum. con. eo. ti. q. vij. H.

Utꝝ mẽdaciũ obſtetricũ fuerit dignũ
aliqua remuneratione: R̄. ſm̃ Tho. ſcd̃a
ſcd̃e. q. cx. Mendaciũ obſtetricum poteſt
dupliciter ꝯſiderari. Uno modo q̃tuꝫ ad
affectum beniuolentie in iudeos ⁊ reue-
rentiam diuini timoris ⁊ ſic debet̃ eis re
muneratio eterna. Unde Hiero⁹ exponit
q͛ de⁹ edificauit illis domos ſpirituales.
Alio modo poteſt ꝯſiderari q̃tum ad ex-
teriorem actũ mendacij quo quidẽ nõ po
tuerũt eternã remuneratõez mereri: ſed
forte aliquã remunerationẽ tp̄alem cui⁹
merito non repugnat deformitas illius
mendacij ſicut repugnabat merito remu
neratõnis eterne. Et ſic intelligenda ſũt
v̄ba Greg. cũ dicit q͛ benignitatis earum
merces que eis potuit in eterna vita tri
bui p̄miſſa culpa mendacij in terrenã eſt
remunerationẽ declinata. vnde nõ intel-
ligit̃ q͛ illo mẽdacio mererent̃ amittere
remuneratõez eternã quã iã ex p̄cedenti
affectu meruerãt. Con. Pe. A. Jdẽ in ſũ.
con. eo. ti. q. viij. H. De his q̃ ꝓmittũt ali
quid ⁊ non faciũt. vide infra. ꝓmiſſio. Et
etiã ſi iurauerint. vide ſup̄. iurare. §. ix.
⁊ iuramẽtũ j. §. vj. Jtem qñ quis mentit̃
de ſe. vide ſupra. iactantia. §. j. ⁊. ij. et ſu-
pra. Jronia. §. j. et. ij.

Mercator. Mercatores

Mercatores ſiue nũmularij et cãpſores et hu
iuſmodi. multis et diuerſis con-
tractibus vtuntur ſiue in emendo ſiue ĩ
recipiendo pecuniam in quoꝝ ꝯtractibꝫ
facile contingit eſſe vſuram. vnde vide in
fra. vſura. precipue vſura iij. ⁊ vſura vj. ⁊
vide infra. ſocietas. ꝑ totum.

Meretrix. Preciũ mere

Meretricis dicitur illicite acquiſitũ.
Et quid debeat vel poſſit inde fa-
cẽ. vide ſup̄. elemoſina j. §. fi. Jtẽ q͛ nõ lꝫ
donare meretrici. vide ſup̄. donatõ j. §. iij.

Meritum. Utruꝫ vnus

Meritum. Utruꝫ vnus et idem actus poſſit eſſe merito-
rius et demeritorius ſiue bon⁹ et
malus: R̄o. ſm̃ Tho. ſcd̃a ſcd̃e. q. xx. Si
accipiatur vnus actus ꝓut eſt in genere
moris impoſſibile eſt q͛ ſit bonus et ma-
lus bonitate ⁊ malicia morali. Si tamẽ
ſit vn⁹ vnitate nature et non vnitate mo
ris poteſt eſſe bonus et malus. Ambula
tio enim continua eſt vnus actus ſm̃ ge
nus nature. Poteſt tamen contingere q͛
ſint plures ſm̃ genus moris ſi mutetur
ambulãtis voluntas. A. i. actus pt̄ eẽ ꝑ
ꝑte meritorius ⁊ ꝑ ꝑte vitioſus ſm̃ diuer
ſitatẽ intentionis. vt patet in ſũ. con. li.
iij. ti. xxxiiij. q. cxcvj. vbi hec notant̃. H.
que eſt p̄ncipiũ moraliũ actuũ. Jdẽ Pe.
De q̇buſdã opibꝫ meritorijs q̃d ⁊ q̃tum ꝑ
ea fiat deo ſatiſfactõ. hẽs ĩfra. ſatiſfactõ.

Metus. Quid ſit metus

Metus. Quid ſit metus R̄. Met⁹ ẽ ĩſtãtis vl' futuri ꝑiculi
cã iuſta mẽtis trepidatõ. ff. eo. l. j
Sꝫ nũq̃d ẽ met⁹ q̃ cadit ĩ ꝯſtantẽ viꝝ:
R̄. Quadruplex ẽ. Pꝛio vꝫ met⁹ mortis.
Scd̃o cruciat⁹ corꝑis. ex t̃. eo. cũ dilecti.
Tertiõ met⁹ ſtupri. ⁊ q̃rto ſuitutis. ff. eo.
nec timorẽ. A. Et ibi addit̃ q͛ idẽ ẽ de me
tu vinculoꝝ. ſꝫ ſec⁹ de metu infamie ſeu
vexatõis. que. ſ. nõ ꝯp̄hendat̃ ſub aliquo
p̄dictoꝝ. H. ⁊. l. iſti quidẽ. §. j. ⁊. ij. A. Jbi
dicitur q͛ ſi deberit ne ſtuprũ patiat̃ vir
vel mulier. hoc edictum locũ habet. cum
viris bonis iſte metus magiſq͛ mortis eſ
ſe debeat. H. Con. Tho. et Al. addendo q͛
non differt vtrum predicta quatuor fiãt
ſiue in perſona noſtra ſiue liberoruꝫ. A.

Hoc habeť ĩ dicta.l.iſti.in fi. B. ſiue vxo
ris. De p̄dictis q̄tuor ſūt verſus. Excuſa
ri metus hos poſſe puta.qꝛ neſcis. Stu-
pri ſiue ſtatꝰ v̄beris atq3 necis. A. Idẽ in
ſū.con.li. iiij.ti.xj.q.iij. B. Quō vis vel
metus ĩpediāt mr̄imoniū habes ſup̄.im-
pedimētū x. Sed vtꝛ metus excuſet a p
ticipatōe excōicati.habes ſup̄.excōicatō
vj.§.j. De materia etiam metus. habes
infra.vis.

Milicia. Vtrū ſit peccatū

Militia. Vtrū ſit pec-
catū: R̄e. ſm Al. Militia ſm ſe ñ
eſt illicita. ſ3 abuſus. Qui l3 mul
tipliciter poſſit fieri. tñ ĩ trib9 p̄cipue cō
ſiſtit. Primo v3 in ꝯcuſſione ĩnocentū.
Scđo in exactōe ĩmoderati ſalarij. Ter-
tio in exercitō ĩmoderato vel indebito: pu
ta ſi fiat ad oſtentatōz viriū cū nocumē-
to aliquoꝝ. ſicut ſūt torneamēta. ſiue pu-
gna ſingularis inter ſocios haſtaꝝ. lan-
ceaꝝ. ⁊ hmōi. Sunt tñ quedā exercitia
eis licita. vt que nulli ſunt nociua. ſicut
curſitatōes equoꝝ. ⁊ verſatōes. ars pcu-
tiendi. ⁊ defendēdi. ⁊ p̄iciendi tela. ⁊ hu-
iuſmodi. vnde ⁊ Dauid p̄cepit vt docerēt
filios iſrahel arcum.i.artem ſagittandi
ij Reg.j. A. Ibi hoc non videť haberi ſa
tis. Tñ puto q̄ exercitiū quo diſciť ars
bellandi ſit licitū ſecularib9. dū tñ fiat re
cta ĩtentōe ⁊ ſine p̄iculo. extra. de torne.
c.j. ⁊ ad hic poſita facit.c.noli.et.c. quid
culpať. ⁊.c.militare.xxiij.q.j. B.

Miſerabilis perſona.

Miſerabiles perſone ſm Hoſti.
ſunt. Cecus. pauper. pupillꝰ. vi-
dua. et huiuſmodi.

Miſſa. An quottidie debeat celebrari

Miſſa. An quottidie de
beat celebrari miſſa: R̄e. ſm Tho.
in.iiij.diſ.xiij. Dicendū q̄ ſm In
no. q̄nq3 de cauſis opt3 quottidie celebra
ri. Prima qꝛ oportet ſemꝑ medicinā parat3
eſſe cōtra quottidiana peccata. Scđa vt
lignū vite ſit ſemꝑ in medio p̄adiſi. Ter-
tia vt nobis ſemꝑ xp̄c vniať ſacr̄mētaliť.
et nos ei ſp̄ūaliter. Quarta vt apud nos
ſit iugis mēoria paſſiōis. Quīta vt vero
agno loco typici q̄ttidie vtamur. quē iu
dei ad veſꝑam ꝯuertēdi eſurient. ſm illđ
p̄s. A. ſ.lviij. B. Conuertanť ad veſꝑam
⁊ famem patiēť ⁊c̄. A. Idẽ in ſū.con.li.
iij.ti.xxiiij.q.cxxviij. B.

¶ Vtrū miſſa debeat ſolū dici in die: R̄e.
ſm Tho. vbi ſup̄. Coīter loquendo debet
miſſa dici ĩ die ⁊ nō ĩ nocte. qꝛ hoc ſacra-
mētū ad tēpus grē ꝑtinet qđ ꝑ diē ſigni-
ficať. ſm illud apl̄i Ro.xiij. Nox p̄ceſſit
dies aūt appropinq̄uit. Dies aūt iudicať
nō ſolū ab ortu ſolis. ſ3 ex q̄ incipiūt ori-
ri ſolis ſigna manifeſta ꝑ aliquā aeris il
luſtratōne3. In duab9 aūt noctib9 miſſa
decātať ꝓpter p̄uilegiū illaꝝ noctiū. ſ.in
nocte natiuitatis q̄ñ xp̄c natꝰ eſt. ⁊ in no
cte reſurrectōis in p̄mitiua ecclīa. vt pt3
ex orōne. deus qui hanc ſacratiſſimā no-
ctem. q̄uis hoc nō ſꝑ oportat obſeruari.
Et addit h̄ Wil. Credo q̄ q̄ ſcīēť celebrat
ante diē cū ſit ꝯtra ꝯſuetudinē generalē
eccleſie. mortaliť peccat. niſi ſuꝑ hoc per
ep̄m diſpenſeť in caſu ſi aliq̄s infirmare
tur ad mortē ⁊ nō poſſit aliter haberi eu
kariſtia. A. Idẽ in ſū.con.eo.ti.q.cxxix.
Glo.etiā in.c.fi.extra.de p̄uile.li.vj.di-
cit q̄ ep̄i itinerātes poſſunt celebrare an-
te ꝯſuetam horam diei vel facere celebra
ri ex neceſſitate itineris. B.

¶ Qua hora debeat miſſa celebrari: R̄e.
ſm Tho. vbi ſup̄. Solēnis miſſe celebra
tio trib9 horis ĩſtituta ē fieri. ſ.ĩ t̄cia die
bus feſtiuis. de ꝯſe.diſ.j. nocte. In ſexta
dieb9 ꝑfeſtis. In nona dieb9 ieiunioꝝ. de
ꝯſe.diſ.j.ſolent. Nā ĩ miſſa recoliť mors
xp̄i q̄ quidē hora t̄cia crucifixus ē liguis
iudeoꝝ. hora ſexta manib9 militū. hora
nona expirauit. Sed q̄ñ fiūt ordines pt̄
miſſa cātari ſm canones etiā poſt nonā.
A. Facit de ꝯſe.diſ.j.§.ĩ ieiunijs. B. Vel
etiā dicendū q̄ vt diligētior fiat p̄ꝑatio
miſſa differť quātū differri poteſt ante
prandiū. ⁊ ideo q̄ñ nō eſt dies ieiunij cele
brať inter tertiā ⁊ ſextā in qua hora cōi
ter comediť. Sed in dieb9 ieiunij ĩ nona
Priuate aūt miſſe dici poſſūt a mane vſ-
q3 ad tertiā. vel etiā vſq3 ad nonā ĩ dieb9
ieiunioꝝ. de ꝯſe.diſ.j.neceſſe. A. Idem ĩ
ſū.con. dicta.q.cxxix. Et qđ hic diciť a
d̄ſu. vel etiā. videť meliꝰ. cū ĩ iurib9 p̄al-
legatis nihil videatur dici de hora ſexta.
Puto etiā in talib9 ſeruādā fore ꝯſuetu-
dinem nō inhibitā. vel que nō ſit ꝯ hone
ſtatem ſeu diuinā reuerentiā. ar.diſ.iiij.
erit.et diſ.xij.illa autem. B.

¶ Quid de illis q̄ nōdū dictis matutinis
celebrāt: R̄e. ſm Wil. mortaliter peccant.

cũ hoc ſit ꝯtra generalẽ ⁊ approbatã ꝯſuetudinẽ. Jdẽ Hoſti. Qui aũt celebrat añ ꝙ dicat ꝑmã nõ peccat mortalit̃. niſi ſit ꝯtra p̄ceptũ vel ſtatutũ. A. ſiue ꝯſuetudinem loci ſm eũdẽ Wil. vt in ſũ. con. eo. ti. q. cxxx. vbi ⁊ addit̃. Qui aũt ꝑ negligẽtiam p̄termiſſa ꝑma dicit terciã credo ꝙ ſufficit ꝙ caute ſuppleat qđ dimiſſũ eſt. ⁊ agat pñiam de negligẽtia. B.

¶ Ubi debeat miſſa celebrari? R̃. ſm ray. Jn eccleſia ꝯſecrata ſi fieri pt̃. vel ſaltẽ ĩ altari ꝯſecrato. vel ſi non ſit altare cõſecratum habeat̃ ſaltẽ altare puulũ de q̃ dictũ eſt ſupra. altare. §. j. Et pt̃ etiã celebrari ſub diuo. A. i. ſub aere ſm glo. ĩ. c. ꝯcedim⁹. de ꝯſe. diſ. j. B. vel in tentorijs. vel etiã in loco exercitus honeſti. dũ tñ habeat̃ altare. vt dictũ eſt ⁊ cetera neccia de ꝯſe. diſ. j. c. j. circa fi. ⁊. c. ꝯcedim⁹. et. c. miſſarũ. Nõ tñ intelligendũ ꝙ liceat celebrari in mari vel fluminibus. ne nutãte naui fiat ſanguinis effuſio vel ſacramẽti ꝯmotio. Jntroitus tñ miſſe poteſt ibi dici. Hec ſm Wil. Et etiã attẽdendũ ẽ ꝙ p̄dicta fiãt de ꝑmiſſione epi. vt in. c. miſſarũ. ⁊ ſine p̄iuditio ꝓchialis ſacerdotis. vt notatũ eſt ſupra. altare. §. j. A. Jdẽ in ſũ. con. eo. ti. q. cxxxj. B.

¶ Utrũ vno ſolo pñte vel ſine lumĩe poſſit miſſa celebrari? R̃o. ſm Hoſti. Quis ſm illud qđ habet̃. de conſe. diſ. j. hic quoq; duo debeant eſſe pñtes qui ſacerdoti rñdeant. tñ vnus ſufficit. ar. extra. de verbo. ſig. Queſiuit ꝑmo rñſo. Mulier aũt p̄ſbitero ĩ miſſa miniſtrare nõ pt̃ imo nec pallas nec veſtes ꝯtingere. vt ſupra. femina. §. ij. Sine lumine vo nõ licet celebrare. extra. de cele. miſ. c. vlt̃. A. Jdẽ in ſũ. con. eo. ti. q. cxxxiij. ⁊ ſe. B.

¶ Utrũ ſit melior miſſa boni ſacerdotis ꝙ mali? R̃o. ſm Tho. in. iiij. diſ. xiij. De miſſa poſſum⁹ loqui dupliciter. Aut ꝙtũ ad id qđ eſt eſſentiale in ea. ſ. corpus xp̄i ⁊ ſic a quocũq; dicat̃ equalit̃ bona eſt. vl̃ ꝙtum ad id qđ eſt annexũ ſacramẽto. ⁊ q̃ſi ſcdariũ. ⁊ ſic miſſa boni ſacerdotis melior ẽ. qꝛ nõ ſolũ habet efficatiã ex opato ſed etiã ex deuotione celebrãtis ⁊ ideo ceteris paribꝫ meli⁹ ẽ audire miſſã boni ſacerdotis. Jdẽ Pe. ⁊ etiã Al. addẽs ꝙ ideo dicit̃ ceteris paribꝫ. qꝛ obia poſſet cogere audire miſſam mali ⁊ ſic eſſet meli⁹. quia obedientia melior eſt ꝙ victima. A. Jdẽ in ſum. con. eo. ti. q. cxxxiiij. B. Qꝛ ſi malus ſit ꝓprius ſacerdos an debeat ei⁹ miſſa audiri. habes ſupra. clericus iij. §. ij. A. Et ibi latius in additione. B. Et an ab eo ſacramenta recipienda ſint. habes infra. ordinatus j. §. iij.

¶ Quid ſi ſacerdos celebrãs ĩfra canonẽ recolit ſe ꝯmiſiſſe aliqđ mortale? R̃o. ſm Ray. Credo tutiorẽ eſſe viã vt peniteat. ⁊ doleat ꝙ ita tarde penitet. ⁊ ꝓponat cõfiteri ꝙcito habuerit opportunitatẽ. ⁊ ſic ꝯficiat. ⁊ ꝯſumat. Jdẽ Tho. Pe. ⁊ Al. A. Jdẽ in ſũ. con. li. iij. ti. xxx. q. x. Jdẽ putarem etiã ſi ante canonẽ qñ nõ poſſet ſacerdos cõfiteri abſq; materia ſcãdali ſeu ſuſpitionis. ꝓpter eandẽ ratõez. videlicet qꝛ in pñia debet caueri ſcãdaloſa pcti reuelatio. extra. de pe. ⁊ re. c. officij. B.

¶ Utrũ liceat oĩno ſacerdoti a celebratõe abſtinere? R̃o. ſm Tho. in. iiij. di. xiij. Licet quidã dixerint ꝙ q̃ dimittũt celebrationem nõ peccãt niſi ꝓplĩm habeant. vel ex obia teneant̃. tñ qꝛ vt Greg⁹ dicit. cũ creſcũt dona etiã ratões creſcũt donorũ. ideo cũ ſacerdoti ſit data poteſtas nobiliſſima. reus negligẽtie erit niſi illa vtat̃ ad honorẽ dei ⁊ ad ſalutẽ ſuam et aliorũ viuorꝫ et mortuorum. ſm illud. j Pe. iiij. vnuſquiſq; ſicut accepit grãm in alterutrum illã admĩſtrantes ⁊c̃. Niſi forte ex familiari inſtinctu ſpũſſcti dimittẽt. Unde ⁊ ſacerdotibꝫ p̄ceptũ eſt. Hoc facite in meam cõmemorationem. Jdem Tho. in iij. parte. q. lxxxij. et addit ꝙ celebrare tenetur ſaltem in p̄cipuis feſtiuitatibꝫ. et maxime etiam in illis diebꝫ in quibꝫ fideles coĩcare cõſueuerunt. A. Jdem in ſũ. con. li. iij. ti. xxiiij. q. cxxv. B.

¶ Utrũ liceat vni plures miſſas celebrarẽ in die? R̃o. ſm Ray. Nõ licet. Nã ⁊ valde felix ẽ q̃ vnã digne celebrat. extra. đ cele. miſ. te referẽte. ⁊. c. ꝯſuluiſti. ⁊ de ꝯſe. diſ. j. ſufficit. Excipiunt̃ iſti caſus. Unus in die natiuitatis dñi in quo poteſt cãtare tres. Alius ſi neceſſe fuerit vnã miſſã dicere de die ⁊ aliam ꝓ defunctis. nec diſtinguo ſiue defũct⁹ ſit pñs ſiue nõ. A. Quia in dicto. c. ſufficit. vbi hoc dicit̃. non diſtinguitur. B. niſi ſit contra ꝯſuetudinẽ loci approbatã vel ꝯſtitutionem. Terti⁹ eſt ꝓpter neceſſitatẽ pegrinorꝫ ꝯmeãtiũ

⁊ infirmoꝝ. ⁊ forte ꝓpt̃ nc̃citatẽ nuptiaꝝ
A. Ubi tẽpus laberet̃. vt in ſũ. con. eo. ti.
q. xxxvj. vbi hec notant̃. B. Et ꝓpter ali
qđ ꝑdictoꝝ nõ celebret vltra duas. nec ĩ
ꝑma ſumat ꝑfuſionez. vt ſup̃. eukariſtia
iij. §. j. Con. Hoſti. ⁊ addit caſũ. ſ. qñ ꝓpter
raritatem clericoꝝ vel paupꝺtatem eccle
ſiarum due eccleſie ꝯmendantur vni. A
Idem in dicta. q. xxxvj. ⁊ in dicto. c. ſuffi-
cit. ſubditur. Qui vo ꝑ pecunijs aut adu
lationibus ſecularium. vna die ꝑſumũt
plures facere miſſas non eſtimo euadere
damnationem. B.
¶ Utrꝝ debeat celebrari p̄ puulis defun-
ctis: R. ſm Tho. in. iiij. diſ. xiij. Pro puu
lis baptizatis miſſaꝝ ſolẽnia celebrant̃.
non q2 eis ꝓſint ad remiſſionẽ alicuiꝰ cul
pe. vel ad augmẽtũ glorie. ſed ꝓpter alias
rõnes. tũ ꝓpter ſolaciũ viuoꝝ. tũ ad oñ-
dendũ puulos ad vnitatem corpꝛis miſti
ci ptinere. dum idem modus exeqiaꝝ ſer-
uat̃ in ipis ⁊ in alijs. tum ad ꝯmendãdũ
redemptõis miſterium quod in hoc ſacra
mento ꝯmemorat̃ ꝑ qđ puuli ſine ꝓprio
merito ſalutẽ eternã ꝯſequũt̃. A. Idem
in ſũ. con. eo. ti. q. xxxvij. B.
¶ Quid ſi omittat̃ aliquid de his que ad
ritum celebratõis ptinent: R. ſm Tho. ⁊
Al. ⁊ oĩes theologos. Quilibꝫ omittens
aliquid tale: puta tempus debitũ. altare
veſtes. ⁊ huiuſmodi. nihilominꝰ ꝯſecrat ſi
eſt ordinatus et aſſit intentio et debita
materia et forma: ſed grauiſſime peccat
ſi ſcienter hoc faciat. A. Idem in ſũ. cõ.
eo. ti. q. xxxxv. B.
¶ Utrũ hymnus angelicus. ſ. gloria in
excelſis deo. vel credo. debeat decãtari qñ
miſſa de beata virgine. et de ſpiritu ſc̃to
vel de cruce celebratur in ꝓfeſtis diebꝰ:
Reo. ſm Raẏ. Non debet. licet ꝓpria pre-
fatio decantet̃. extra. de cele. miſ. ꝯſiliũ.
Sed huic iuri in multis locis ꝓpter ꝯtra
riam ꝯſuetudinẽ derogatum eſt maxime
ĩ ſabbato. quia quodãmodo dies ſolẽnis
eſt deputatus beate virgini. A. Hoc vlti
mum dictum fuit glo. Raẏ. Hoſti. quoqꝫ
dicit. In talibus deuotam conſuetudinẽ
non reprobamus. vt in ſum. con. eo. ti. q.
xxxvj. ad fi. B.
¶ Utrꝝ quilibꝫ teneat̃ audire miſſã: R.
ſm Hoſti. Die dñico quilibet tenet̃ ex ꝑ-
cepto audire miſſã. ⁊ totam. ita qꝫ accipi
at benedictõez ſacerdotis. vt de ꝯſe. di. j.
miſſas. ⁊. c. ſe. ⁊. c. omnes fideles. niſi excu
ſentur magna neceſſitate. vt notat̃ in di
cto. c. miſſas. A. In glo. que ibi loquit̃ tã
de ꝑcepto qꝫ de ꝯſuetudine. B. Qui aũt die
ſolẽni. ꝑtermiſſo eccleſie ꝯuentu ad ſpe-
ctacula vadit: debet excõmunicari. de cõ
ſe. diſ. j. qui die. Et nota qꝫ diebus domi-
nicis ⁊ feſtiuis interrogandũ eſt ſi pro-
chianus alteriꝰ ibi ſit qui ꝯtempto ꝓprio
ſacerdote audire ibi velit. ⁊ ſi inuentꝰ fu-
erit ſtatim ab eccleſia eijciatur. extra. de
proch. c. ij. A. Et ibi nota glo. qꝫ hoc non
obtinet qñ non fit ex ꝯtemptu: ſed ex iu
ſta cauſa. Et idem qđ in hoc. §. notat̃ in
ſum. con. eo. ti. q. xxxx. B.
¶ Utrꝝ ꝓpter miſſã peculiarẽ vt đ aliquo
ſc̃to vł aliã debeat qs dimittẽ qñ audiat
miſſã ꝓpriã illiꝰ diei. A. miſſa peculiaris
idẽ eſt qđ miſſa ſpecialis de aliquo ſancto
ſm Raẏ. ⁊ ĩ ſũ. con. eo. ti. q. xxxvj. ⁊ ideo
ꝑ alia miſſa poteſt intelligi de trinitate.
vel ꝑ defunctis vel ſilĩbꝰ. vt in. c. ij. extra
de cele. miſ. B: R. ſm Wil. Si dies habet
ꝓpriã miſſam quã et qs alr̃ audire tenet̃.
nõ debet dimitti ꝓpter aliã. extra. de cele.
miſ. c. ij. Sed qꝫ quidã laẏcoꝝ oĩi die vo
lunt miſſam de trinitate ⁊ de ſancto Mi-
chaele ⁊ hmõi. nõ debent hoc facere niſi
ſuis diebꝰ. vt ĩ ꝑallegato. c. A. ſ. ij. Et ibi
ptꝫ qꝫ tam ꝑ viuis qꝫ pro mortuis vtilior
miſſa que poſſit dici eſt miſſa de die. et qꝫ
etiã in diebꝰ ꝓfeſtis ꝓpter miſſas peculia
res ſeu votiuas vel etiã mortuoꝝ nõ de-
bet derogari miſſe de die. vñ ⁊ de laẏcis ꝑ
fatas miſſas reqrentibꝰ ibi dr̃. Si volue
rint vt ſibi miſſe cantent̃. de eodẽ die miſ
ſas audiãt ꝑ ſalute viuoꝝ ⁊ etiã mortuo
rũ. Bene tñ puto qꝫ dicte miſſe votiue et
ꝑ defunctis poſſint dici in diebꝰ ꝓfeſtis ſi
non derogat̃ ex hoc miſſe de die. vt in di
cto. c. ij. Exiſtimo aũt aliquos circa ꝑdi-
cta ex conſuetudine excuſari quãdo vr-
gent̃ rõnabili neceſſitate. ⁊ nõ alr̃. vt in.
c. fi. extra. đ ꝯſue. B. De oblationibꝰ que
ad miſſam fiunt. habes infra. oblatõ. Et
ibi etiã. §. fi. ſi ꝯfeſſor poſſit recipe pecu-
niam ꝑ miſſis qs in pñia iniunxit. Mul-
ta alia circa materiã miſſe pñt colligi ſu
pra. eukariſtia iij. ꝑ totũ. ⁊ facit etiã ĩfra
ſuffragiũ. A. Aduertendũ etiã qꝫ ſacer-
dos cum dicit miſſam debet ſtare capite

diſcooptꝯ. vt in. c. nullus epꝯ. de ꝯſe. diſ. j. vbi dicitꝛ. Nullus epꝯ aut p̄ſbiter ſeu dy̆aconus ad celebrād̄a miſſaꝝ ſolēnia p̄ſumat cū baculo intrare aut velato capite altari dei aſſiſtē. qm̄ ⁊ aplꝯus ꝓhibꝫ viros velato capite in eccleſia orare. Et ſi temē p̄ſumpſerit coione puetꝛ. Item q̄ ad euāgelium debet ſtari deuote ⁊ nō ſedēdo. vt in. c. aplica. ea. diſ. vbi dicitꝛ. Aplica auctoritate mandamus. dum ſancta euāgelia in eccleſia leguntꝛ. vt ſacerdotes ⁊ ceteri om̄es nō ſedētes: ſed venerabilitꝛ curui ⁊ in cōſpectu euangelij ſtantes dn̄ica verba intente audiant ⁊ fideliter adorēt. i. venerentur. ſm glo. B.

Mollicies dupliciter dicitur.

Uno modo eſt ſpecies luxurie ⁊ pcti ꝯtra naturā. de quo ſupra. luxuria. §. j. in fi. Alio mō ꝓut ē cōtrariū vitio ptinacie ⁊ ꝟtuti pſeuerantie de quibꝯ tribꝯ quid ſint. Tho. ſcd̄a ſcd̄e. q. cxxxviij. manifeſtat ſic. Sicut Iſydorꝯ dicit in li. ethimologiaꝝ. Pertinax dicitꝛ q̄ eſt iprudentꝛ tenēs quaſi ad oīa tenax. Et hic etiā dr̄ ptinax eo q̄ in i ꝓpoſito ſuo ad victoriā pſeuerat. Et tales phus. vij. ethicorum vocat fortis ſentētie ⁊ ꝓprie ſentētie. quia. ſ. durāt in ꝓpria ſentētia pluſq̄ oportet. Mollis autem minuſq̄ oportet qui a bono defacili recedit et non pſeuerat ꝓpter aliqua difficilia et ꝓpter triſtitias aliquas cauſatas ex defectu delectationis. vt dicit phus. Perſeuerās aūt tenet ſe in ꝓpria ſentētia ſm q̄ optet. vn̄ pꝫ q̄ pſeuerās laudatꝛ ſicut in medio exn̄s. ptinax autem vituperatꝛ ſm exceſſum. mollis autem ſm defectum. B.

Monachus. Utrū monachus poſſit fieri canonicus ſecularis?

R̄o. ſm Hoſti. Licꝫ quidam dixerint q̄ ſic. dicendum tamē cum Jo. q̄ non. quia nō eſt arandū cū boue ⁊ azino. Nec homines diuerſe pfeſſionis debent ſic eſſe ſimul. extra. de elec. cū cauſā que inter p̄ſbiterum. A. Item in ſū. con. li. j. ti. vij. q. xliiij. B.

¶ Utrum poſſit fieri canonicus regularis? R̄. ſm Tho. ſcd̄a ſcd̄e. q. clxxxix. Utꝙ religio. ſ. monachoꝝ. ⁊ canonicoꝝ regularīū ordinatꝛ ad opa vite ꝯtēplatiue. inter que p̄cipue ſūt ea q̄ aguntꝛ in diuinis miniſterijs ad que ordinatꝛ directe ordo canonicoꝝ regularīū quibꝯ p ſe ꝯpetit q̄ ſint clerici religioſi. Sed religioni monachoꝝ nō p ſe ꝯpetit q̄ ſint cl'ici. vt habetꝛ. xvj. q. j. alia cā. Et ideo q̄uis ordo monachoꝝ ſit artioris obſeruantie. tn̄ ſi monachi eſſent layci. liceret eis tranſire ad ordinē canonicoꝝ regularīū. nō autē ecōuerſo. vt. xix. q. iij. mandamꝯ. Sed ſi monachi ſint clerici ſacris miſterijs obſequētes. habēt id qd̄ eſt canonicoꝝ regularīū. ⁊ cū maiori artitudine. ⁊ ideo licitum erit tranſire de ordine canonicoruꝫ regularīū ad ordinem monachorum petita tamen licentia ſupioris. ⁊ non ecōuerſo. xix. q. iij. ſtatuimus.

¶ Utꝝ liceat monacho habē locū in diuerſis monaſterijs? R̄o. Nullo modo licꝫ extra. de reli. do. c. fi.

¶ Utꝝ monacho poſſit ꝯmitti regimen eccl'ie ſecularis? R̄o. ſm Hoſti. Hic cum Hug. Ber. ⁊ goff. A. lꝫ alij alitꝛ dixerint. vt patꝫ in ſū. con. li. iij. ti. xxviij. q. ij. vbi hec notātꝛ. B. q̄ monachꝯ pt̄ ab epo p̄fici in eccl'ia ſeculari cū ꝯſenſu abbatis. lviij diſ. c. j. ⁊. ij. xvj. q. j. ſic viue. ⁊. c. ſe. Et intelligas dictū ꝺ eccleſijs q̄ ad monachos pleno iure non ptinent. in quibꝯ ſine auctoritate epi non pn̄t monacho curā cōmittere nec monachum pn̄tare iuito epo Et ſic intellige. xvj. q. j. p totū. extra. ꝺ capel. mo. c. j. Sꝫ volūtate epi hoc fieri poteſt. Q. ſi epꝯ velit ⁊ abbas nō. habes ſup abbas. §. pe. In eccleſijs autē que ad monachos pertinent mero iure ſufficit ſola auctoritas abbatis et ꝯuentus. xvj. q. ij. viſ. vel etiam ſolius abbatis ſi ad ipm ptinet eccleſie prouiſio.

¶ Sed vtꝝ monachꝯ vt dictū eſt eccleſie p̄fectꝯ poſſit eē ſine ſocio monacho. Hoſti. tenet q̄ ſic. Inno. q̄ nō. Utꝙ hꝫ motiuū. extra. de ſta. mo. q̄ dei timorē. ideo dicendū vr̄ ſicut in dicto. c. dr̄ de canonico regulari q̄ debꝫ habē ſociū ſi comode pt̄ fieri. ⁊ hoc melius ⁊ tutiꝯ eſt. Si vo ꝯmode n̄ pt̄. tene q̄ Hoſti. dic. A. Itē ꝯcludit An. de bu. in dicto. c. q̄ dei timorem. vbi plene tractat de hac materia. B.

¶ Utꝝ huiuſmodi monachꝯ q̄ factus eſt rector alicuiꝯ eccleſie ſecularis teneatꝛ ad ſtatuta ſui ordinis? R̄. ſm Hoſti. Si tal' eccleſia pleno iure ptinet ad monachos

prefatus monachus in ea remanet ſubie
ctus abbati.⁊ ſeruabit oĩa ſicut ꝓus pre
ter tria.ſ.ieiuniũ.ſilentium.⁊ vigilias.q̃
comode ſeruari nõ pñt in eccleſia ſecula
ri.ar.xliiij.diſ.ſit rector.⁊.xvj.q.j. nemo
poteſt. Si v̾o eccleſia nõ ꝑtinet ad mona
chos:ſed ad ep̃os.tũc monachus iſtitu-
tus a trib⁹ ſubſtãtialib⁹ nõ abſoluit̃ ſim
pliciter. Nam ⁊ ꝯtinentiã ſeruare tenet̃.
Ab obediẽtia abbatis abſoluit̃ q̃ꝺez ſꝫ ĩ-
perio ep̃i ſubicit̃. qui decetero erit abbas
ſuus. Tꝑalia diſpenſabit rõne ꝯmiſſe ad
miniſtratiõis. Et ſi habet ſociũ monachũ
nõ excuſat̃ ab eſu carnium.extra.de ſta.
mo.q̄ dei timorẽ. niſi ſit infirm⁹.de ꝯſe.
diſt.v.carnẽ.vel niſi ĩꝑante ep̃o q̃ abbas
ſu⁹ ẽ. Si aũt ſociũ nõ hꝫ pt̃ ſe his cũ q̃b⁹
viuit cõformare.xlj.diſ.quiſq̃s.extra.de
ſta.mo.recolẽtes.§.j. In oñi tñ caſu ha
bitũ deferre debꝫ nec pt̃ temerarie dimit
tere.aliter eſſet excoĩcatus.vt ſupra. ex
coĩcatio j.§.iiij.v̾.xiiij. Q̄ ſi fiat ep̃s ad q̃d
teneat̃.vide infra.religio j.§.xvj.q̃ inci-
pit. Vtꝝ religioſus fact⁹ ep̃us.⁊.§.ſe. A.
Idẽ qd̾ in hoc.§.notat̃ in ſũ.con.eo.ti.q
iiij. Dñs etiaꝫ An.de bu.in dicto.c.q̄ dei
timorẽ.dicit q̄ monachus factus curat⁹
abſoluit̃ ab officio monachali.quia debꝫ
ſe ꝯformare officio clericoꝝ ſecularium
xlj.diſ.quiſquis. B.
Vtrũ ex ꝯtractu monachi obliget̃ ab-
bas vl̾ monaſteriũ? Re.ſm Inno. Si mo
nacho ꝯmiſſa eſt adminiſtratio abbas et
ꝯuentus tãtũ obligantur q̃tum admini
ſtratio ſe extendit. Si v̾o non habet ad-
miniſtrationẽ obligatur monachus: ſed
non tenet̃ ſoluere quia nõ habet vñ.ext̃
de ſolu. Odoardus. A.Con. Hoſti. vt in
ſum.con.eo.ti.q.xxvj. B.
Sed q̃d de obligatõib⁹ ſiue ꝓmiſſioni-
bus ab aliq̃ factis monacho vel abbati.
nũq̃d acq̃runt̃ monaſterio? Re.ſm Inno.
⁊ Hoſti. Ex ꝯtractib⁹ initis cũ monacho
vel abbate obligat̃ quis monaſterio. q꞉
pt̃ monachus monaſterio actionẽ acq̃re.
Nõ tñ poteſt obligare monaſteriũ.ar.in
Inſti.de ac.tu.in ꝑncipio. Vnde q̃uis ab
bas ſiue monaſteriũ poſſit agẽ.nõ tñ te
netur rñdere niſi de eo qd̾ ad ip̃m ꝑtinet.
Et licet omnis ꝯtractus ꝓhibitus ſit mo
naſterio niſi imꝑante abbate.vt.xij.q.j.
non dicatis.⁊.xvj.q.j.ſunt nõ nulli.⁊.c.

de pñtiũ.hoc intelligitur inquãtũ mona
ſterium obligaret̃. Sed obligatio alteri-
us ad monaſteriũ poteſt ꝑ monachũ ac-
quiri. Silr̾ ⁊ poſſeſſio etiã ꝑ monachum
fugitiuũ.ff.de acq̃.po.l.j. A. Ideꝫ in ſũ.
con.eo.ti.q.xxviij. B.
Quid de reb⁹ ablatis monacho? Re.ſm
Inno.⁊ Hoſti. Si res erãt monaſterij vl̾
etiã alteri⁹.⁊ monaſteriũ ad reſtitutõeꝫ
tenebat̃ tũc aget monaſteriũ. Si v̾o nõ
erãt ei⁹ nec de eis tenebat̃ monaſterium
tũc aget ille q̃ dñs ẽ reꝝ.ita tñ q̄ ſi tales
res erãt depoſite apud monachum.⁊ ab-
bas videt eas ſubtrahi ⁊ facile eſſet abba
ti eas liberaẽ ſatis credit Inno.q̄ abbas
teneat̃ depoſiti in ſolidũ ꝓpter dolũ. Sꝫ
ſi nõ vidit nec ꝓhibere potuit nõ tenetur
etiã ſi monach⁹ eas abſtuliſſet.q꞉ ñ ẽ obli
gat⁹ ex ei⁹ maleficio.vt in ſe.§.dr̃. A. Idẽ
in ſum.con.eo.ti.q.xxix.vbi etiam addi
tur. Hoſti. tñ de priori caſu dicit q̄ licet
abbas videndo res auferri et non prohi
bendo peccet.non tamen credit q̄ ꝓpter
hoc ipſe vel monaſterium obligetur ex-
quo fuerũt tm̃ penes ꝑſonam monachi.
et nõ penes monaſterium comodate. ex
tra.de po.c.j. B.
Quid de malefitio ꝯmiſſo ꝑ monachũ
vel abbatem? Re.ſm Inno.et Hoſti. Nõ
tenetur monaſterium.quia delictum per
ſone non debet redũdare in dãnuꝫ eccle-
ſie. extra.de re. iuris delictum.li.vj. niſi
q̃tum ad monaſterium ꝑueniſſet.⁊ in e⁹
vtilitatem verſum fuiſſet.ar.x.q.ij. hoc
ius. A. Idẽ in ſum.con.eo.ti.q.xxvij. B.
De ingreſſu monaſterij.habes infra.reli
gio ij.⁊.iij. Idẽ infra nouitius.⁊ infra.vo
tũ iiij. Item de monachis q̃tum ad obe-
dientiã infra.obediẽtia iiij. Idẽ q̃tuꝫ ad
religionẽ infra.religio.ꝑ totũ. De mona
cho apoſtata ſupra.apoſtaſia v.

Monialis. In monaſte

rijs monialium non mendicanti
um non debent recipi niſi q̃ pñt
de ꝓuentib⁹ monaſterij abſq꞉ penuria ſu
ſtentari. Aliter nulla eſſet receptio.ext̃.
de ſta.regu.ꝑiculoſo.li.vj.
Omnes moniales debẽt manere ſub ꝑ
petua monaſterij clauſura. niſi ꝓ tali et
tãto morbo q̄ nõ poſſent cum alijs abſq꞉
graui ꝑiculo ſiue ſcandalo morari.extra
de ſta.regu.ꝑiculoſo.li.vj.

Quñ abbatiſſa vel ꝑoriſſa debȝ alicui tē-
porali dño occaſione alicuiꝰ feudi facere
homagiū vel ꝑſtare fidelitatis iuramen-
tum niſi poſſet facē apud ipm ꝙ ꝑ ꝓcu-
ratorem ꝑſtet. poteſt exire cuȝ honeſta et
decenti ſocietate. ⁊ ꝑſtito iuramento e ve
ſtigio debet reuerti ita ꝙ in fraudem reſi
dentie nihil fiat. vt in ꝑdicto. c. ꝑiculoſo.
de ſta. regu. li. vj.

Dñi tꝑales ñ debēt abbatiſſas. ꝑoriſ-
ſas ⁊ alias moniales hñtes officia mona
ſterioꝝ ꝑmittē litigare corā eis. ne opte-
at illas euagari ꝑ ſtatuēdis ꝓcuratorib
A. In tex. allegato nō ſic dr̄: ſȝ ꝙ ipi dñi
ꝑmittāt eas ꝑ ꝓcuratorē in ſuis curijs li
tigare ⁊ nō cogant eas ꝙ ꝑ ſe litigēt. ne
ꝑ cōſtituendis ꝓcuratorib. vel alijs hu-
iuſmodi eas opteat euagari. cum ſit iuri
ꝯtrarium ꝙ mulieres ꝑſertim religioſe
ꝑ ſeipſas litigare cogāt. B. Et ſi ipi dñi
ꝯtrafecerint. ꝑ ſuos ordinarios ꝯpellan-
tur. A. ſ. cenſura eccleſiaſtica. vt in tex.
qui ſequitur. B. vt in dicto. c. ꝑiculoſo.

Iniungit epis et alijs ꝑlatis ꝙ nego-
cia et cauſas monialium. A. ſ. quas mo-
niales ipſe habent agere corā ipis vel in
curijs eoꝝ. vt in dicto. c. ꝑiculoſo. B. fa-
ciant coram ipſis fieri ⁊ tractari ꝑ ꝓcu-
ratorem earum ſiue ſint homagium vel
fidelitatis iuramenta vl' quicquid aliud
vt in dicto. c. ꝑiculoſo.

Prelati tenent ex ꝑcepto in oīb mo-
naſterijs monialium etiā exemptis ꝓui-
dere de clauſura expenſis monaſterij vel
de elemoſinis fidelium. Itē ꝑcipit abba-
tibus ⁊ alijs inferiorib prelatis quo ad
monaſteria ſibi ſubiecta. vt in dicto. c. ꝑi
culoſo. Item earum monaſteria etiā ex-
empta viſitari debent ſupra. exemptꝰ. §.
fi. Item nulli inhoneſte nec etiā honeſte
ꝑſone debet patere acceſſus vel ingreſſus
ad moniales niſi ex rationabili ⁊ mani-
feſta cauſa. ⁊ de illius ad quē ꝑtinet licē-
tia ſpeciali. vt in dicto. ca. A. ſ. ꝑiculoſo.
B. De electione que fieri habet ꝑ monia
les. habes ſupra. electio j. §. vlt. Ad ma-
teriam moniali ū poteſt ꝑtinē qd poſſit
ſuꝑ eas abbatiſſa. vide ſupra. abbatiſſa.
Itē quid ꝓhibeat monialib ⁊ ceteris fe-
minis. ſupra. femina.

MOrtuꝰ. De his qui im-
pediunt ſepulturam mortui. vel
funeri vel morienti iniuriantur. vide in-
fra. ſepultura j. §. fi.

Utꝝ liceat ſpoliare mortuos? R. Non
licet. imo tales ſm leges grauiſſime pu-
niuntur. ff. de ſepul. vio. l. iij. §. aduerſus
eos. Nam et phus. iiij. ethicorum ſpolia
tores mortuorum latronibus ānumerat.
Si mortuus ſuſcitaret que ſacramenta
eſſent ab eo iteranda. vide infra. ſacramē
tum. §. v. De materia mortuorum habes
infra. reſuſcitatus. et infra. ſuffragium.

MUlier. Que mulieres ſi-
ue femine multa non poſſunt fa
cere nec etiā ꝯ eas fieri. habes ſu
pra. femina. Et de monialibus ſupra. mo
nialis. Et de mulieꝝ ornatu īfra. ornatꝰ.

MUltitudo. Quid fiet
cum peccat multitudo. vide ſuꝑ.
correctio j. §. fi.

MUnus. Triplex eſt ge-
nus muneris. Unde Greg. ſuꝑ il
lud Iſa. xxxiij. Qui excutit ma-
nus ſuas ab omni munere: dicit. Qꝛ aut
eſt munꝰ a manu. Aut ab obſequio. Aut
a lingua. Munꝰ a manu ē pecunia. Et no
mine pecunie intelligit oīs res tꝑalis ſi-
ue mobilis ſiue imobilis. j. q. iij. ꝑ totuȝ.
Munꝰ ab obſequio eſt ſeruitꝰ indebite im
penſa. Munꝰ a lingua eſt fauor. j. q. j. ſūt
non nulli. De ſcdo plenius habetur īfra.
ſymonia j. §. xiiij. qui incipit. Utrū mu-
nus ab obſequio.

Utrū liceat ꝑ munera ad fidem trahe-
re infideles? R. ſm Rayꝰ. Infideles ad fi-
dem trahi poſſunt ꝓmiſſionib ⁊ muneri
bus. ar. xxiij. q. iiij. debet hō. ⁊. q. vij. ꝙ at
diſ. xlv. qui ſincera. ⁊ etiā ꝑ grauioreȝ ex
actionem penſionū in ꝑncipio locatōis.
Nam poſtea non liceret. xxiij. q. vj. Iam
vo. Sed addit h Wil. ꝙ nō ideo dāda ſūt
munera. ſ. ꝓpter fidem recipiendā ex pa-
cto. ſed ſi vellent baptizari niſi timerent
pauꝑtatem inter xpianos poſſint eis da
ri vel ꝓmitti. Item poſſet xpianus infide
li dare non ꝓpter fidem recipiendam: ſed
ꝓpter beniuolentiam captandaȝ vt ſic fa
cilius eum conuertere poſſet. et huiuſ-
modi. Ad hoc facit ſupra. Iudeꝰ iij. §. j.

Utꝝ aūt liceat ꝑ munera atꝑhē ad re
ligionem. vide ſupra. religio ij. §. ij. A. Et
vtrū iudici liceat recipe munera a ꝑtib

vide ſupra. iudex j. §. iiij.

MVtilare. Vtruz liceat
aliquem mutilare. habes ſupra.
homicidium j. §. fi. Similiter an
liceat mutilare ſeipm̄ ſupra. homicidiũ v
§. fi. Et de mutilatis ſiue a ſe ſiue ab alio
vide infra. viciatus corpe. §. ij.

MVtruũ dicitur quia de
meo fit tuuz. A. et obligaris ad
reddendũ tantũdẽ in genere ſuo
ꝛ ꝯſiſtit in his que dantur ad numeꝝ põ
dus vel menſuram. vt. l. ij. ff. ſi cer. peta.
H. Et debet dari mutuum nihil inde ſpe-
rando vltra ſortem. aliter eſſet vſura. vn
de vide multa circa hoc infra. vſura. per
totum.

NAufragus. Ex nau-
fragio quicquid accipitur. ſi
ue de ipſa naui ſiue de mari ſi
ue de littore reſtituendũz eſt
ff. eo. l. ſi quis ex nauigio. Aliter nulla
conſuetudine ſtatuto vel precepto excu-
ſatur quis. quia furtum ꝯmittitur. ff. de
acq̃. re. do. l. qua ratõne. in fi. C. de furt.
l. meũ. Quin etiam ſm leges ſi petat̃ in-
fra annũ. ꝯdẽnabit̃ ad reſtituendũ qua-
druplum: ſed poſt annũ in ſimplũ. vt in
predicta. l. meum. ꝛ. ff. eo. l. j. Scd̃m etiaz
canones ſi is qui accepit res naufragoꝝ
etiam eſſet epũs vel prelatus aut cleric⁹
debet deponi. extra. de accu. cum dilecti. j
Layᵉcus vo niſi ſatiſfecerit debet excõica
ri. imo excoĩcatus eſt. extra. de rap. excõi
cationi. A. Et ibi ptz q̃ hec excoĩcatõ cõ
p̃hendit etiam clericos. cũ tex. indiſtincte
loquat̃. H. Hoc intelligas niſi ſint talia
nauigia que pirraticã tyrãnidem exerce-
ant. vel ſint inimica nomĩ xp̃iano vl' p̃n
cipi. C. de furt. in Auten. nauigia. A. Et
ibi ptz q̃ p̃dantes naufragos ſeu vſurpã
tes depdita ex naufragio debent omniuz
bonorum publicatione mulctari. Et om
nia etiam predicta notantur in ſũ. con.
li. ij. ti. v. q. xxvij. H.
¶ Quid ſi dñi terrarum ꝯponãt cũ nau
tis aliquo ab eis recepto p eo q̃ ſecurant
eos q̃ ſi naufragantur nihil accipient vl'
accipi pmittent ab eis: Rñ. ſm Wil. Cuz
al' deberent hoc gratis facere non lz ali-
quid iſta de cauſa recipe ab eis. A. Et ac
ceptum debet reſtitui. cum naute penſio
nem huiuſmodi non ꝯſtituerint ſimplici
ter ꝛ abſolute ſpontanei: ſed ne deterio-
ra ſuſtinerent ſm eundẽ Wil. ꝛ in ſũ. con.
eo. ti. q. xxviij. vbi etiam patz q̃ id qd̃ ſe-
quit̃ nõ videt̃ dictũ Wil. H. Niſi ſicut in
quibuſdã locis cõſtituit̃ q̃ quicũq; acci-
pit aliq̃d de ip̃o mari. debeat inde certam
moderataz portionẽ habere. Huiuſmodi
eñi ſtatutũ fit in fauorem naufragorum
ad hoc q̃ homines magis ſtudeant pqui
rere res ip̃as ꝛ p̃mient̃ de labore ſuo. A.
Tale ſtatutuz ſeu conſuetudo videt̃ oĩno
nil valere. cũ penitus tollatur p Auten.
nauigia. C. de furt. ꝛ. c. excoĩcationi. ex-
tra. de rap. Unde et ſupra. in p̃ncipio be-
ne dr̃. q̃ in hoc caſu nulla ꝯſuetudine ſta
tuto vel p̃cepto quis excuſatur.

NEgligentia vtꝝ ſit pec
catum mortale: Rñ. ſm Tho. ſe
cũda ſcd̃e. q. liiij. Dupliciter po-
teſt eſſe mortale. Primo modo ex pte ei⁹
qd̃ p̃termittit̃ p negligentiã. Qd̃ quidez
ſi ſit de neceſſitate ſalutis ſiue ſit act⁹ ſi-
ue circũſtantia: erit pctm̃ mortale. Alio
modo ex pte cauſe. Si eñi volũtas intã-
tuz ſit remiſſa circa ea que ſũt dei vt tota
liter a caritate dei deficiat. talis negligẽ
tia eſt pctm̃ mortale. Et hoc p̃cipue ꝯtin
git qñ negligẽtia ſequit̃ ex ꝯtẽptu. alio-
quin ſi negligentia ꝯtingat in p̃termiſſi-
one alicui⁹ actus vel circũſtantie q̃ non
ſit d̃ neceſſitate ſalutis nec hoc fiat ex cõ
temptu: ſed alio defectu feruoris q̃ ĩpedi-
tur interdũ ꝓpter aliqd̃ veniale. tunc ne
gligẽtia nõ ẽ mortale pctm̃: ſed veniale.
A. Idẽ in ſũ. con. li. iij. ti. xxxiij. q. ccxxx.
H. De negligentia iudicis layᵉci et quo-
modo ſuppleat̃ p iudicẽ eccleſiaſticũ. ha-
bes ſupra. iudex ij. §. vj. De negligẽtia cõ
ferẽdi bñficia eccleſiaſtica. habes ſup̃. bñ
ficiũ j. §. j. Et ibidẽ etiam de negligentia
eligendi vel prouidendi in eccleſia cathe-
drali vel regulari.

NEgociatio. Que ſũt ne
gocia illicita ꝛ q̃ nõ: Rñ. ſm Rayᵉ
Illicita de ſui natura ſunt illa q̃
ſine pctõ fieri nõ pñt. vt vſura. ſymonia
furta. ꝛ adulteria. ꝛ hmõi. Et ſũt hec oĩ-
bus ꝓhibita. xiiij. q. iiij. nec hoc q̃z. j. q. j.
repiunt̃. in fi. extra. de iureiur̃. et ſi xp̃c.
6. Quedam eñi ꝓhibent̃ quia per ſe mala

ſũt. Quedã ỽo non ſũt illicita ex ſui na-
tura. vt tutela cura ⁊ om̃e exercitiũ arti
um mechanicaꝝ. vt textorie. ſutorie. ⁊ ſili
um que neceſſaria ſunt vſui humano.

Utꝝ negocia q̃ de ſe ſũt licita poſſint
eſſe illicita: R̃e. ſm̃ Ray̋. Poſſunt fieri il-
licita multipliciť. Primo quidem ex cau
ſa. vt qñ fierent ꝓpter auaritiã. ſ. ꝓpter ĩ
probã cupiditatẽ diuitiaꝝ. ⁊ nõ ad neceſ
ſitatẽ: ſed ad aliũ finẽ malũ. A. Qđ ſp̃ ẽ
niſi fiãt ad ſubuentõeꝫ alicui⁹ rõnabilis
neceſſitatis ſue vel ꝓximi ⁊ nõ ꝑncipaliť
ꝓpter lucrũ. vt pt̃ colligi ex dictis p̃ tho.
ſcđa ſcđe. q. lxxvij. arti. iiij. ⁊ p̃ dñm Pe.
de anchorano in. c. j. de vſuris. li. vj. ⁊ per
ea que habenť in ſũ. con. li. ij. ti. viij. q. j.
ſm̃ glo. Ray̋. B. Et ſm̃ hoc ꝓhibita ſũt
omnib⁹. xlvij. diſ. om̃es. ⁊. c. ſicut hi. Se-
cũdo ex tẽpore. vt ſi fiãt in dieb⁹ feſtiuis
in quib⁹ ab huiuſmõi opib⁹ ceſſandũ eſt
vt ſupra. ferie. §. vij. ⁊. viij. A. ſ. q̃ incipit.
quib⁹. ⁊ ſe. B. Item ex tp̃e ſicut pñt dici
iudicia inhoneſta que fierẽt đ nocte aut
non clara die. extra. de offi. dele. ꝯſuluit.
ff. de ori. iur̃. l. ij. §. ⁊ quia ingr̃atib⁹. Ter
tio ex ꝑſona. quia clericis ⁊ religioſis ta
lia ꝓhibita ſũt. ij Thimoť. ij. nemo mili-
tans deo implicat ſe negocijs ſecularib⁹.
Hiero⁹. diſ. lxxxviij. Negociatorẽ clericũ
⁊ ex iope diuitem ⁊ ex ignobili gl'ioſũ q̃ſi
quandã peſtẽ fuge. extra. ne. cle. vel mo.
p̃ totũ. De hac materia habes adhuc in-
fra. §. añpl'. ⁊ pl'. Laycis ỽo illa ſũt cõ-
ceſſa. diſ. lxxxvj. ꝑuenit. ⁊ Aug⁹. lxxxviij
diſ. Fornicari hoib⁹ ſp̃ nõ lꝫ. i. nũq̃. Ne-
gociari aliqñ lꝫ aliqñ nõ. Ante em̃ q̃ ali
quis ſit eccleſiaſtic⁹ licet ei negociari. fa-
cto iam eccleſiaſtico nõ licet. Quarto ex
loco. qꝛ in loco inhoneſto ⁊ ſuſpecto non
debet q̃s negociari ſeu ꝯuerſari. ff. de ar.
l. ſi cũ dies. §. ſi arbiť. lxxxj. diſ. in om̃ib⁹
xxvij. q. j. ſi quis ſacro. Itẽ qñqꝫ ſũt ĩho-
neſta ex loco ꝓpter loci excellẽtiaꝫ: puta
qñ in eccl'ia hm̃õi fierent. que nõ eſt loc⁹
negociatõnis: ſed orõnis. vnde ⁊ ip̃e dñs
eiecit inde vendẽtes ⁊ ementes Math. xxj
⁊ Joh. ij. et. xvj. q. vij. ⁊ hoc diximus. A.
Adde q̃ quinto negociatio redditur illi-
cita ex modo. vt ſi fiat cuꝫ mendacijs. de-
ceptionibus et ſilibus. vt in ſum. con. di-
cta. q. j. vbi hec notantur ſm̃ Ray̋. ⁊ Ho
ſti. et Al. B.

Negocia quedã ſũt q̃ ſine pcc̃o vix fie
ri pñt. de pe. diſ. v. negociũ. Et gr̃a exem
pli ponunť q̃nqꝫ. ſ. Cura rei familiaris.
militia. mercatõ. ꝓcuratõ. ⁊ admiſtratõ.
de pe. diſ. v. qualitas. ⁊. c. falſas. diſ. xxv.
q̃lis. diſ. lxxxviij. ꝯſequẽs. hec Ray̋. Sed
Hoſti. addit: dic. Adde ſextũ. qđ q̃ſi ꝑicu
loſius eſt oib⁹. ſ. aduocatõ. Sed et ſepti-
mum nõ omittas. ſ. ep̃atus officiũ q̃ ni-
hil miſerius ⁊ ꝑiculoſius ſi perfunctorie
agať. xl. diſ. ante om̃ia. A. Iſta duo vlti
ma poſſunt ſub ꝓcuratione et admiſtra
tione cõprehendi. vt in ſum. con. eo. ti. q.
xviij. Ubi etiam additur ſm̃ Ray̋. q̃ pe-
nitentialis caute ⁊ diligenter debet diri-
gere intentos talib⁹. vt recto fine laborẽt
et exerceant officia ſua. B.

Utꝝ negociatores poſſint licite lucra
recipe: R̃e. ſm̃ Wil. Cũ laborẽt ꝓ om̃ib⁹ ⁊
quaſi cõe negociuꝫ in mercib⁹ gerãt. pñt
moderatũ lucrũ accip̃e. Secus de ĩmode
rato. extra. de emp. ⁊ ven. c. j. A. Modera
men aũt huiuſmõi lucri ſm̃ glo. Ray̋. et
in dicta. q. xviij. ad arbitriũ boni viri li-
mitandũ eſt. qꝛ nõ eſt deťminatũ q̃tũ in
ſingl'is ſolidis aut libris aut marchis ac
cip̃e liceat de lucro. Hoſti. aũt vt ibi ptꝫ
dicit q̃ ad hoc vt mercatores ſine oi frau
de officia ſua exerceãt bona fide ꝯſulerẽ
talib⁹ q̃ de licẽtia ep̃i ſui ſcirent quãtuꝫ
pñt lucrari in menſura bladi ⁊ vini ⁊ ſi-
milibus. vel q̃tum ꝓ libra poſſent vltra
q̃ emerunt vendere in recõpenſatõeꝫ la-
borum ⁊ expenſaꝝ. ⁊ ſi ſic venderent ſine
mendacio ip̃os crederem eſſe in tuto quo
ad pcc̃m negociatõis. ar. extra. de emp. ⁊
ven. c. j. Hi aũt qui hoc non fatiunt. ſi-
ne ꝑiculo vix euadunt. B.

Quid de artificib⁹ q̃ faciũt vel vendũt
gladios. ſagittas. baliſtas. aut venena. ⁊
ſilia: R̃e. ſm̃ Ray̋. Si ꝓpter hoc faciũt vl'
vendũt vt hoĩes habeãt talia ad abuſũ.
aut etiã ſi ſcienť vendũt illis ſeu donant
q̃s extimãt talib⁹ abuſuros: mortaliť pec
cant. Et oĩa pcc̃a que inde ſequnť eis im
putãť. xj. q. iij. p̃cipue. xxvij. q. ij. ſi tu ab
ſtines. v. q. j. votum. Si aũt tales negoci
atores dicant ſe bonã intentõꝫ habuiſſe.
quia credebant q̃ emerenť ꝓpť licitum
vſum. vel ſi nihil ſup̃ hoc cogitabant ſeu
ignorabãt q̃ eſſet illicitũ talia facere vl'
vendere. ĩ om̃ib⁹ dictis caſib⁹ diſtinguo

quia ſi ille res pn̄t eſſe vtiles vt arma in bello iuſto. aurifrigiū ad ornamenta eccleſiaſtica. quedā etiam venena ad aliqd medicinale vel cōtra alia nociua q̄ talia vendūt nō peccāt niſi forte pbabiliter dictaret ſibi ꝯſcia ꝙ emptor rem querit ad malum. Tunc eñi non debet vendē. xxiij q. v. de occidendis. et. v. q. v. nō oms. A. vel niſi exercitio alicuius artis indrñt. i. que poteſt eē licita ⁊ illicita plures male vterent. quia tūc talis ars efficit illicita ⁊ extirpanda. vnde Criſo⁹ ſup Math. ⁊ ponit Tho. ſcda ſcde. q. clxix. arti. ij. dicit. Eas ſolas oportet artes vocare que nutrimentoꝝ ⁊ eoꝝ que ꝯtinent vitā nr̄am ſūt tributiue ⁊ ꝯſtructiue. Si tñ opibus alicuius artis vt plures male vterentur q̄uis de ſe non ſint illicite ſunt tñ p officium pncipis de ciuitate extirpande ſm documenta Platonis. hec ille. Qd poteſt intelligi veꝝ niſi talis ars eēt circa rem oīno neceſſariā: puta tabernā. hoſpiciuȝ ⁊ hmōi. qꝛ tūc nō phiberet ꝓpter neceſſitatē: ſed aliter ꝓuidendū foret ꝯtra incōuenieter accidētia. lxxxiij. di. ꝯſentire. B. Si vo ille res ad nullū vſū ſūt vtiles niſi ad peccandū. A. ſicut ſūt quedaȝ venena mortifera. ⁊ ad nullū bonū vſum vtilia. vt ſuture ſupflue ac ſūptuoſe camiſiarū q̄s pcipue faciūt hiſpani dātes p factura vnius camiſie plus in triplū vel quadruplū ꝙ valeat tota camiſia ⁊ ſilia ſm eūdē Ray. in ti. de neg. ſecularib. §. ſed quid. vbi pdicta ponit. B. tunc indubitanter peccant faciendo. tenendo. vendendo. ſeu donando alijs. xxj. q. j. c. j. ff. de ꝯtrahen. emp. ꝙ ſepe. §. veneni mali. quia flagitōſe rei nec emptio nec mandatum nec ſocietas valere poteſt et oīa mala ſequētia iſti imputabuntur. quia qui occaſionem damni dat damnum dediſſe videtur extra. de iniur. et dam. da. ſi culpa. Con. Tho. et. Hoſti.

¶ Quid de his qui faciūt vel vendunt ornamenta mulierū aut ſotulares pictos. aut veſtes cuȝ īmoderata ſumptuoſitate conſutas: Reſ. ſm Tho. ſcda ſcde. q. clxix. Quia mulieres licite poſſunt ſe ornare vel vt conſeruent decentiaȝ ſtatus ſui vl etiam aliquid ſupaddere vt placeant viris ꝓprijs. ꝯñs eſt ꝙ artifices talium ornamentoꝝ nō peccant in vſu talis artis niſi forte īueniēdo aliq̄ curioſa ⁊ ſupflua vñ Criſo⁹. dic ſup Math. ꝙ ab arte calcearioꝝ ⁊ textoꝝ multa abſcidē oportȝ. Et eñi ad luxuriā deduxerūt neceſſitatē ei⁹ corrūpentes artē male arti ꝯmiſcētes. A. Satis ptȝ p Tho. in loco allegato ꝙ artifices intātū peccant inquātū ⁊ vtentes ſm diſtinctionem poſitam in. §. pcedenti. Quomodo vo peccent vtentes. deo dāte dicetur infra. ornatus. B.

¶ Quid d factorib taxilloꝝ. ſcacoꝝ. alearū. ⁊ hmōi: Re. ſm Wil. Quia ludus taxilloꝝ vt frequēti⁹ pctm mortale eſt. vt dictū ē ſup. ludus alee. §. iij. nō ē licitū viuere de artifitio taxilloꝝ. Sȝ d facientib ſcacos et tabellas q̄b frequēti⁹ ludit ad ſubleuatōeȝ tedij vel laboris nō vr illicituȝ. vt ſupra. ludus ⁊ iocus. §. j. ij. ⁊. iiij. A. Veꝝ ē ſi ſic eſſet ꝙ cū his ſine pctō luderet ꝙ hodie ſic eſſe nō vr. al' idē dicendū eſſet de his qd de taxillis ꝓpter eandeȝ rōnē. ar. extra. de v. ſig. Intelligētia. vt ⁊ poteſt colligi ex dictis ſup. §. quid d artificibus. in additione. B.

¶ Quid de facientib ſerta de floribus in dieb feſtiuis: Reſ. Nō credo eſſe excuſabiles. qꝛ pter piculū qd defacili pt ꝯtingere ex abuſu huiuſmodi que ſūt incitamenta vanitatis ⁊ laſciuie violat obſeruantia diei ſacre ī operando. A. Hucuſqȝ videt fuiſſe dictū wil. vt in ſū. con. eo. ti q. xx. ad fi. Non aūt qd ſequit ſed ⁊ illud veꝝ eſſe: puto ſane intellectū. B. lȝ poſſet eſſe labor tā modicus ⁊ ſine pcio nec ad laſciuam intentionem ſed moderataȝ recreationem ꝙ non eſſet peccatū aut non mortale: ſententia eſt Wil.

¶ Utrum aliqua negociatio ſit clericis licita: Reſ. ſm Ray. Si clericus indigeat poteſt aliquo honeſto artifitio ſibi neceſſaria acquirere dum tñ ꝓpter hoc nō deſit a diuinis officijs. di. xcj. p totum. de ꝯſe. diſ. v. nunq̄. extra. ne cle. vel mo. c. j. Item poteſt recipe poſſeſſiones excolendas ad quartā vl quintā ptē ⁊ huiuſmōi ſeu ꝯducere ipas ad ſuſtentatōeȝ ſuaȝ et ſuoꝝ. ar. diſ. lxxxvj. ꝓuenit. in vbo. auaritie cauſa. A. Et ibi hoc ſentit glo. B. Et. diſ. xcj. cleric⁹. Satis con. Hoſti. Pt etiā locare aīalia vt oues et boues. A. Uerum eſt ſi habeat eos de ſuis decimis vel de ſucceſſione parentum vel aliunde

hibidatos. ⁊ ſi etiā habeat multa paſcua
⁊ emat pecora vt paſcant̄ ibi ad neceſſa
riam ſuſtentationē ſuaȝ et ſuoꝝ ⁊ in ali
mentū pauperum. Si aūt emat pecora
vt trahat ad crementuȝ vel vt aliquid a-
gat in fraudem negociatōnis illicitū eſt
ſcōm glo. Ray̆. vt in ſum. con. eo. ti. q. iiij
B. ad certuȝ fructū dummodo ꝑ contra
ctuȝ qui al' ſit licitus vt et Wil. dicit ad-
dens ꝙ etiā poteſt emere rē vt eam meli-
oratam carius vendat vt puta pullū e-
quū nutriendo. vel ſi tabulā emat vt fa
ciat ymaginē. Nā in talibus non ē nego
ciatio. ſed artificiū. vt notat̄. xiiij. q. iiij.
canonū. A. In glo. B. de cōſe. diſ. v. nū-
ꝙ. extra. ne cle. vel mo. c. ꝑmo. A. Predi
cta etiā notant̄ i ſum. con. li. ij. ti. vij. q.
xlj. ⁊ ti. viij. q. ij. ad fi. ⁊. q. ſe. B

¶ Que pena clericoꝝ qui al' negocijs ſe
cularib⁹ ſe imiſcent: R. Debēt excōmu-
nicari. extra. ne cle. vel mo. ſub intermi
natōe. A. Iſtud. c. nō videt̄ ibi hr̄i. veruȝ
tn̄ ē ꝙ ꝓ omi pctō mortali a quo q̄s non
vult corrigi poteſt excoicari. xj. q. iij. ne
mo epoꝝ. Al' c. incipit. ſm inſtituta. ⁊ ē
ibi. B. et ſi nō ſe correxerint debēt depōi
diſ. xcj. cleric⁹. ext̄. ne cle. vel mo. Sȝ nec
Ita tn̄ ꝙ religioſi diſtricti⁹ ꝙ̄ alij puniā
tur. vt in dicto. c. ſed nec. In foro aūt pe
nitētiali dȝ eis iniungi vel ſaltē ꝯſuli vt
ea que ꝯtra formā ꝑdictā lucrati ſūt ſtu
deāt paupibus erogare. xiiij. q. v. q̄ habe
tis. A. Nā ad hoc nō tenēt̄ ꝑciſe ſm glo.
Ray̆. vt in ſum. con. eo. ti. q. v. vbi etiaȝ
notant̄ q̄ in hoc. §. habent̄. B. Circa ne
gocia clericoꝝ plura habent̄ ſuꝑ cleric⁹
ij. A. Et ibi latius de his penis dicit̄. B
Itē ad materiaȝ negociatōis ꝑtinēt plura
q̄ habēt̄ ſupra emptō. et infra. vſura iij.

Neophitus quis dica-
tur: Rn̄. ſcōm Ray̆. Neophitus
dicit̄ nouellus i fide. a neos qd̄
ē nouū ⁊ phitos quod ē fides. xlviij. diſ.
qm̄. Itē neophiti dicunt̄ nouelli in reli
gione. diſ. xlviij. ſicut. Itē Hoſti. A. Itē
i ſū. con. libro. iij. ti. xiiij. q. j. B

¶ Quare neophiti prohibent̄ ordinari:
Rn̄. ſcōm Ray̆. Cā eſt duplex. Una cau
ſa eſt ne incidant in ſuperbiā putātes ꝙ
fides xp̄iana ſiue religio multum eis in-
digeat. xlviij. diſ. §. j. et. c. quoniā. Alia
cauſa eſt quia non ſunt expti ſtat⁹ eccle
ſie vel religionis. nec ſciunt modos ꝑſo-
narum. Itē nō ieiunauerūt nec fleuerūt
nec ꝓbauerūt nec ꝓbati ſūt. vt i dicto. §.
j. ⁊. c. qm̄. Unde tales nec ad minores or
dines ꝓmoueri debent. Immo nec tonſu
rari. ar. xix. q. iij. monaſterijs. Satis cō.
Gof. ⁊ hoſti. A. Itē in ſum. con. eo. ti. q
ij. ⁊. iij. B. De neophitis in religione vi-
de infra. nouitius.

Notorium quid ſit. R.
ſcōm Ray̆. Notoriuȝ aliud iuris
aliud facti. Notoriū iuris eſt de
quo quis canonice eſt condemnatus vel
in iure confeſſus vel legittime conuict⁹
xv. q. v. preſbiter. ⁊. q. vlti. ſi quis preſbit̄
et. c. ſciſcitantibꝫ. ij. q. vj. ſi quis appellat.
A. Al' incipit. Et qui appellat. B. §. ſunt
et quoꝝ. extra. de coha. cle. et mu. vr̄a. et
c. queſitū. Notoriū vero facti ē cū popu
lus eſt teſtis ⁊ diſſimulationi nō eſt loc⁹
lxj. diſ. In ſacerdotibus. in fi. extra. d̄ co
ha. cle. et mu. tua. ff. de ti. nup. l. palā. in
ꝑncipio. Et hoc intelligit̄ ſiue ſit crimen
notū omibꝫ q̄ ſūt i illo loco. ſcȝ villa vel
ꝑrochia. A. Etiā ſi in loco nō ſūt niſi de
cē. qꝛ decē hoies populū faciunt. x. q. iij.
Unio. ſm glo. Ray̆. vt i ſū. con. li. iij. ti.
xxx. q. xv. vbi etiā hec oīa notant̄ que ⁊
h̄ ponūt̄. Et notat glo. in dicto. c. Unio
ſcȝ ꝙ decē faciūt plebē. Et glo. Ray̆. vbi
ſupra dicit ꝙ ſi etiā ꝑrochia habeat mil-
le ꝑrochianos ⁊ ſolū decē ex illis graues
⁊ honeſte ꝑſone ſcandalizent̄ de focaria
ſacerdotis pōt dici ꝙ ꝑplus ſcandalizatur
cū decē hoies populū faciāt vt dictū eſt
Hoc glo. Ex quo pȝ ꝙ illi ſuꝑ quo ē tale
ſcādalū ē purgatio idicēda. extra. de co-
ha. cle. ⁊ mu. tua nos. B. ſiue maiori ꝑ-
te. A. facit. ij. q. j. d̄ māifeſta. B. Et tale
notoriū iteꝝ ſubdiuidit̄. qꝛ aliud ē noto-
rium facti actus durantis. vt cum quis
tenet adulteraȝ publice in domo ſiue e-
tiam concubinam. Aliud eſt notorium
facti tranſeuntis. vt cuȝ aliquis publice
hominē iterfecit. Sed ⁊ eſt terciū noto-
riū facti preſumpti. vt ſi aliquis publice
habitus eſt ꝓ filio vel affine ⁊ huiuſmo-
di. In notorio igit̄ iuris exigit̄ q̄n̄qȝ ꝓba
tio contra negantē. ext̄. de ſen. ⁊ re iudi.
ſicut. In notorio vero facti non requiri
tur ordo iuris q̄ al' etiā r̄gularit̄ obſuā
dus eſt. extra. de iureiur̄. ad noſtram ij.

Euidētia nāq; patrati ſceleris nō indiget
clamore accuſatoris. ex͠t. de accu. euidētia

NOuicius. Utrū impu
bes. ſ. ante. xiiij. annum. A. ſ. quo
ad maſculū. q̄ uo ad feminā pu-
bertas dicit̄ i. xij. xx. q. ij. puella. ⁊ ſupra.
īpubes. B. poſſit intrare religionē. vt ſit
ibi nouici⁹: R̄e. Talis quidē pt̄ offerri a
ꝑentibꝫ ſi ipe ꝯſentit. xx. q. j. puelle. Et ni
hilominꝰ q̄cito ꝑuenerit ad ꝑfectā etatē
ſ. ad. xiiij. annū. pt̄ egredi. xx. q. iij. pñs.
extra. de reg. cū ſimus. A. Et ibi hoc no-
tat glo. B. Q; ſi talis impubes ꝓpria vo-
luntate intrat pt̄ extrahi a pr̄e vl̄ tutore
xx. q. ij. puella. A. Et ibi addit̄. At ſi an-
num ⁊ diē diſſimulādo ꝯſenſerit ſiue tuto
res ſiue ꝑentes neq; ipi neq; ipa mutare
poterit dicit glo. vſq; quo ꝑuenerit ad le
gittimam etatem. B.

¶ Utꝝ nouitō ingredieti religionē ſuffi
ciat ꝙ attigerit. xiiij. ānū: R̄e. Nō ſufficit
ſed opꝫ ꝙ ꝑfecerit. vt expſſe habet̄. ex͠t.
de regu. ad nr̄am. in tex. ⁊ glo. ⁊. c. ſignifi
catū. Aliter poteſt reperi vt in p̄cedenti.
§. dictū eſt. A. Ad p̄dicta videt̄ facere. c.
is qui. de re. iur̄. li. vj. B.

¶ Sꝫ vtꝝ ſufficiat ſi malicia ſupleat eta
tem: R̄e. ſm Ray. Sufficit. ex͠t. de regu.
poſtulaſti. Sed hoc nullo mō eſt verū. ſi
cut expſſe notat̄. xx. q. j. in ſū. q. Et idem
ponit Jo. an. de regu. eos. in cle. Qd aūt
Ray. dixit. ꝙ ſufficiebat ſi malicia ſup-
pleret etatē. verū dixit ſuo tpe. ſ. qñ fecit
ſūmaꝫ ⁊ currebat p̄or ꝯpilatio decretaliū
ſed hodie de ipa decretali poſtulaſti vba
illa ſubtracta ſunt. A. Idem dicit glo. in
dicto. c. poſtulaſti. B.

¶ Qd ē tēpus ꝓbatōis ī nouitō: R̄o. Si-
cut ex p̄dictis patꝫ ē. xv. annꝰ. Nā cū nō
poſſit ingredi niſi ꝯpleto. xiiij. anno. vt ī
ij. §. dictū eſt. ſequit̄ ꝙ tūc incipiat annꝰ
ꝓbationis. Et hoc etiā ipm expſſe tradit
Jo. an. extra. de regu. beneficiū. li. vj. ⁊. c
is qui. eo. li. Sed ⁊ hoc rōnabile eſt. quia
tēpus ꝓbatōis dat̄ ad ꝓbandū auſterita
tem religionis. vt extra. de regu. ad apl̄i
cam. Inter q̄s p̄cipuꝰ ē cuſtodia caſtita-
tis quā coīter loquētes nō ē aptꝰ ātea ꝓ-
bare. ⁊ ideo ſi infra dictū tp̄s geſtatꝰ fuit
habitꝰ qui nec ſciſſura nec colore diſtigui
tur ab habitu ꝓfeſſoꝝ non ꝓpter hoc idu

cit tacitā ꝓfeſſionē. Secus ſi talis habi-
tus poſt dictam etatē geſtatus fuerit. q2
ꝓfeſſionē inducit. vt in cle. eos. de regu.
A. Satis ꝑ p̄dictis videt̄ facere. c. j. i p̄n
cipio. extra. de regu. li. vj. B.

¶ Que pena ſi q̄s añ legitimū tēpus ꝓ-
batōnis nouicius recipiat̄ ad ꝓfeſſionē:
R̄e. In ordinibꝫ mēdicātiū illi q̄ recipent
incurrerēt triplicē penā. pma ē q2 pecca
rent mortaliter eo ꝙ agūt ꝯtra id qd pre
ceptū eſt ī vtute obedietie ⁊ ſub pena ex-
coīcationis. ſcda pena eſt q2 oēs q̄ reci-
piunt ſūt ſuſpenſi a receptōne cuiuſcūq;
ad ꝓfeſſionem. tertia eſt ꝙ a ſuis fratri-
bus debent puniri pena que ſolet infligi
ꝑ culpis grauibꝫ. habet̄ hec extra. de re-
gu. nō ſolū. li. vj. ⁊. c. ꝯſtitutōeꝫ. Ille q̄; q̄
ſic receptꝰ fuit licet ſecularis eſſe nō poſ-
ſit nō tñ eſt alligatꝰ ipi ordini ꝑ illā pro-
feſſionē. A. In dicto. c. nō ſolū. ſic dicit̄.
In virtute obedietie ſub pena excoīcatō
nis diſtrictiꝰ inhibemꝰ ne ante annū ꝓba
tionis elapſum q̄ eſt maxime in ſubſidiū
fragilitatis humane regularit̄ inſtitutꝰ
quenq̄ ad ꝓfeſſionē veſtri ordinis ſeu ad
renūciatōeꝫ ſeculo faciēdā recipe. Nec cō
ſtitutū infra huiuſmodi annū aliquate-
nus īpedire q̄ minꝰ infra ipm ad aliā reli
gionē quā maluerit: trāſeat. Uel niſi ma
ior tñ. xiiij. ānis exñs ꝓfeſſus fuerit taci
te vel expſſe aut euidēter ꝯſtet illuꝫ vitā
voluiſſe mutare qd tñ nō p̄ſumit̄ niſi cla
ra ꝓbatione vel ꝯpetentibꝫ indicijs oſtē-
datur oīno ad ſeculū redire ſicut de ſua
voluntate p̄ceſſerit: p̄ſumatis. Q; ſi forte
ꝯtra ⁊c̄. Et intelligit̄ quis ſeculo renūcia
re ⁊ vitam voluiſſe mutare qñ bona ſua
diſtribuit paupibus. vt notat glo. ⁊ Pe.
nare aliqui tenent̄ ad reſtitutōeꝫ ſtatim
Aliqui ꝑ reſtitutōem in integꝝ. Stati
tenētur qui rem acceperūt cuius aliena
tio ip̄o iure nō valuit ut ſi maritus alie
net fūdū dotalē. vel in quibuſcūq̨ caſib᷒
ius ꝓhibet alienatōem. de quib᷒ aliquid
ꝓxime tactū eſt. maxime ſi q̇s accipit a
minoꝛe. xxv. ānis dono rem ĩmobilem
vel etiaꝫ ꝑ venditōnem ſine iuris ſolēni-
tate puta ſine tutoꝛis vel curatoꝛis au-
ctoꝛitate vl᷑ ſine iudicis decreto. i. auc̄te.
Nam tenet̄ ſtati ad reſtitutionē ſ̄m In-
no. ĩ. c. qꝛ pleriq̨. d̄ ĩmu. ec. v̄. ſi aūt ex do
natione. Item p̄t dici in emptoꝛe rei ec-
cleſiaſtice qñ nō interuenit debita ſolē-
nitas. tunc em̄ ꝯtractus nō valꝫ. de quo
ſup̄. alienatō. Et om̄es iſti tenētur ad re
ſtitutōem rei cū fructib᷒ omnib᷒. de quo
ſup̄. §. iiij. cū additōne. qꝛ qui ꝯtra iura
mercat̄ bonā fidem nō p̄ſumit̄ hr̄e. ext̄.
de re. iur̄. q̇ cōtra. li. vj. Niſi ſit forte ꝑ-
ſona que excuſet̄ iuris ignorātia. ut mi
noꝛ. mulier. ruſticus. et miles. ff. de ꝓba.
l. cum in debito. §. ſi aūt is qui. Per re-
ſtitutōnem in integꝝ tenētur aliqui qñ
ꝯtractus eſt ſolēniter celebratus. ſed ex
priuilegio eccleſie vel minoꝛis res p̄t ab
eis tolli ꝑ in integꝝ reſtitutōem qꝛ alle-
gant ſe in aliquo leſos. Et hoc caſu qui
rem talit̄ habuerūt nō tenētur reſtitue-
re niſi obtenta reſtitutōne in integꝝ ab
eccleſia vel minoꝛe ſ̄m Inno. in dicto. c
quia pleriq̨. v̄. ſꝫ quid dices in eo. ubi di
cit nō teneri eos ad reſtitutōnem niſi in
ꝯtrahendo uſi fuerint malitia. vel facta
reſtitutōne. ut dictum eſt. Adde. Vel ni-
ſi interuenerit non parua deceptio etiā
ſine malitia. ut ſupra. emptio. §. ij. Se-
cūdo ratōne perſone ſuccedit obligatio
ad reſtitutōem qñ ei aliquid dat̄ cui da
ri ꝓhibetur. Et de hoc aliq̇ caſus ſupra
notati ſūt. ſicut de donatōne int̄ ꝯiuges
et inter p̄rem ⁊ filiū ſub eius p̄tate ꝯſti
tutuꝫ. Nunc alij ponēdi ſunt videlꝫ rōne
etatis et officij. Rōne etatis puta ſi ſol-
uatur debituꝫ pupillo ſine tutoꝛis auc̄te

⁊ iudicis decreto. Tunc enĩ res non effi-
citur pupilli nec liberatur debitoꝛ. et te-
netur rem illã iteꝝ ſoluere ſi pupillus rẽ
ſolutã male ꝯſumpſerit vel furto amiſe-
rit. Tñ ſi pupillus rem illã habet vel ex
illa ſit factus locupletioꝛ. et petit adhuc
debitum ꝑ exceptõem doli mali ſubmo-
ueri poterit. in Inſti. per quas pſo. no.
acq. §. penl't. Idem ꝓpter eandem rõnem
putarẽ in furioſo. Rõne officij iura ꝓhi
bent aliquib' dari vt rectoꝛib' et iudici-
bus. de quo ſup̃. iudex j. §. iij. cũ additõ-
nib'. Inſuꝑ qui aliq̃d dat iudici vel ad-
uerſario: puta ꝓcuratoꝛi vel aduocato
aduerſe partis admittit cãm. C. de pe-
na iudi. qui ma. iudi. l. j. Sed hoc eſt in-
telligẽdum niſi euidenter ꝯſtiterit quẽ-
piã aliquid dediſſe ne iniuſtitiã paciat᷑.
vel vt iuſtitiã ꝯſequat᷑. Tunc enĩ etiam
datũ p̃t repetere ⁊ nullã penã incurrit.
xiiij. q. v. c. nõ ſane. et ibi glo. Minoꝛib'
tñ officialib' qui ſunt in auxiliũ rectoꝝ
et iudicũ: pñt dona dari. ⁊ ip̃i etiã pñt ꝓ
iuſto bñficio p̃ſtito aliquid extoꝛquere.
dicto. c. nõ ſane. ad fi. Q̃d glo. dicit veꝝ
niſi ſit eis certũ ſalarium ꝯſtitutũ. quia
tũc ſi aliquid vltra petierint crim̃ie cõ-
cuſſionis tenẽtur ⁊ ad penã quadrupli.
Itẽ ep̃o vel alteri p̃lato viſitãti ſeu eoꝝ
familiarib' nil p̃t dari p̃ter ꝓcuratõem.
vt infra. viſitatõ. §. j. et. ij. Sil'r nec ſar-
racenis ſeu infidelib' vel hẽticis in diſpẽ
dium xp̃ianoꝝ. vt infra. ſarracenus. §.
j. et in ꝓceſſu annali curie. B

¶ Quid de illis qui ponũt ſe in manus
creditoꝛuꝫ ſed non intẽdunt reſtituere.
immo ſperant q̃ ꝓ nihilo vel de modico
quietabũtur al' nõ ponerent ſe? Rñ. ſm
frem Egidiũ in quolibet. Tales quidem
a peccato rapine nõ ſunt abſoluti. quia
pcc̃m ꝑ pniam et ꝯfeſſionẽ dimittitur.
Sed vtꝝ ſint abſoluti a debito reſtituẽ-
di: diſtingue. quia ſi creditoꝛ ꝓpria volun
tate dimiſit nõ tenet᷑ amplius reſtitue-
re. Secus ſi deceptus vel coactus vel q2
putauit ſe nunq̃ aliq̃d poſſe habere. De
hac etiaꝫ queſtione habes ſup̃. §. iij. A.
Ad p̃dicta faciunt que hñtur in ſũ. li. ij.
ti. v. q. xxv. ⁊. q. lxxxvij. Et q̃d notat dñs
Pe. de anchorano. in. c. q̃q̃. de vſur. lib.
vj. B. An qui male recipiũt a pſonis ec
cleſiaſticis teneãtur ad reſtitutõnem. et

cui. vide ſup̃. clericus iiij. §. fi. A. Et ibi
in additõne. B. Vtꝝ reſtitutõ ſit ps ſa-
tiſfactionis. vide infra. ſatiſfactio. §. ix.
Ad materiam etiam reſtitutõnis facit
infra. vſura vj. ꝑ totum.

Reſtitutio ſecundo. s.

R qñ debitoꝛ nõ eſt ſoluendo. Ubi
ſciendũ ſm Ray̆. q̃ ſi ſimplicit᷑
non p̃t ſoluere doleat et ꝓponat reſtituẽ
q̃cito poterit. xiiij. q. vj. ſi res. C. d̃ ceſſi.
bo. l. j.

¶ Quid ſi is q̃ tenet᷑ reſtituere plurib'
non p̃t abſq3 magno detrimẽto ſue fami
lie? Rñ. ſm Ray̆. Conſulenduꝫ eſt q̃ pe-
tat dilatõem et aſſignet eis certaꝫ ꝑtem
de redditib' ſuis. Q̃ꝫ ſi denegẽt dilatõem
⁊ velint q̃ cedat bonis: tenet᷑ abſq3 dila
tõne etiã ſi oporteret ip̃m mẽdicare. Uñ
nõ dico habito reſpectu ne egeat. Nam
ꝯ hoc nota extra de vſuris cũ tu. Tñ vt
Ul. addit ſine culpa p̃t accipere vite ne-
ceſſaria. ſ. extrema. In hac. q. con. tho.
ſc̃da ſc̃de. q. lxij. dicens ſic. Si non p̃t ſta
tim ſoluere ab inſtanti reſtitutõne libe-
ratus eſt ꝓpter impotentiã. ſicut ⁊ tota-
liter a reſtitutõne abſoluit᷑ ſi oĩno ẽ im
potens. Debet tñ remiſſionẽ vel dilatõ-
nẽ petere ab eo cui debet ꝑ ſe vel ꝑ inter-
poſitam pſonaꝫ. Idem eſſet ſi quis obli-
garet᷑ etiaꝫ vni. Et d̃ hoc ſatis dictũ eſt
ſup̃. reſtitutõ j. in p̃ncipio. B

¶ Quid cũ debitoꝛi petẽti dilatõem ali'
creditoꝛ vult dare. alius non. ſed vult q̃
cedat bonis? Rñ. ſm Ray̆. Standuꝫ eſt
maioꝛi ꝑti. Et intellige maioꝛẽ ꝑtem vbi
eſt maius et foꝛtius debitũ. vñ ſi vni cre
ditoꝛi pluſq̃ reliquis oĩb' debeat᷑: ſtã-
dũ eſt volũtati illius de danda dilatõne
vel petenda ceſſione. Si ṽo par ſit debi-
tũ: ſtandũ eſt maioꝛi numero creditoꝝ.
Si oĩa ſint paria: eligẽda eſt clemen-
tioꝛ ſnĩa. ſ. q̃ dilatio det᷑. C. de ceſſi. bo. l.
fi. A. Et ibi addit᷑. Nulla drña int᷑ ẏpo-
thecarios ⁊ alios creditoꝛes q̃tũ ad hãc
electõnem obſeruandã. Et ibi dr̃ de dila-
tõne quinquẽniali. ⁊ hec obtinet in foꝛo
iudiciali. Quo ṽo ad penitentiale dictũ
eſt ſupra. reſtitutõ j. in principio in ad-
ditione. B

¶ Quid ſi q̃s tenet᷑ pl'ib' et nõ p̃t ſatiſ-
facẽ oĩb'. ſm queꝫ oꝛdinẽ reſtituet? Rñ.
Primo quidẽ ſi tenet᷑ ex furto vl' rapina

et res furtiua extat: iſtā reſtituet. quia
nunq̄ fuit ſua. A. Item ē q̄litercūq3 ha
beat rē alienā. q2 ſemꝑ dn̄o ipſius reſti-
tuēda eſt. ff. et. C. de rei ven. ꝑ totū. Ide3
etia3 ſi habeat rem q̄ fuit alterius. et ab
eo ſine iuſta cauſa abdicata eſt: puta ꝑ
metū vel aliter. q2 ſimiliter illi reſtituē-
da eſt. ff. q̄ me. cau. l. metū. §. cū aūt. B
Secūdo reſtituet om̄ibꝫ creditoribꝫ hn̄-
tibꝫ pignora vel ẏpothecas priuſq̄ hn̄ti
bus actōnes ꝑſonales. C. qui po. in pig.
ha. l. eos. Tertio reſtituet alijs quibꝫ d3
q̄cunq3 modo. A. Et hoc ſm ordine3. de
quo in duobꝫ. §. ſe. B

¶ Sꝫ quo ordīe reſtituet hn̄tibꝫ pigno
ra vel ẏpothecas: R. Siue hēant pign⁹
ſpāle ſiue om̄ia bona obligata vt in in-
ſtrumētis ſolet dici. debet eis r̄ſtitui hoc
ordine q̄ q̄ prior ē tꝑe. potior ē ī iure. C
qui po. in pig. l. ſi decreto. et. l. ſi fundū. ⁊
l. diuerſis. Excipiūtur quedā ꝑſone p̄ui
legiate. Nā mulier in dote prior ē om̄ibꝫ
hn̄tibꝫ tacitā ẏpothecā etiāſi hēant pri⁹
p̄terq̄ filijs prioris m̄rimonij agētibꝫ de
dote ꝯ nouercas. C. qui po. in pig. l. aſſi-
duis. Item p̄ferē creditoribꝫ de quoꝝ pe
cunia ipe res empte vel refecte ſūt. Non
aūt p̄ferē mutuātibꝫ ad miliciā. ⁊ fiſco.
C. qui po. in pig. in Auten. quo iure. A.
Et ibi patet q̄ mutuare ad militiā ē qn̄
ex pecunia mutuata militia empta eſt.
et hoc in ſcripē ꝓbato quo ad hāc mate-
ria3. Item ibi de fiſco nil dr̄. ſed de eo dr̄
in. l. q̄uis. C. de priuile. fiſ. B. Na3 tales
creditores om̄ibꝫ alijs p̄ferūtur. A. Non
aūt p̄ferūtur hn̄tibꝫ priore3 ẏpothecam
etiā tacitā. dicta. l. q̄uis. B. Itē qui ex-
pendit in funerādo teſtatorē p̄ferē cuili
bet hn̄ti tacitā ẏpothecam. ff. de reli. l.
penl't. et. l. at ſi quis. §. j. Forte aūt nō ē
idem in hn̄tibꝫ expreſſā vt Azo dicit. A
Hoc dicit cū verbo forte. vt p3 in glo. l.
penl't. ff. de reli. Et bene dicit forte. quia
videē apte ꝯtrariari. dicta. l. penl't. que
indiſtincte loquēdo dicit. Impenſa fune
ris ſemꝑ ex hereditate deduceē. que etiā
omne creditū ſolet p̄cedere cū bona ſol-
uendo non ſint. B. Et de materia pigno
ris vide ſup̄. pignus.

¶ Quo ordīe reſtituet qđ debeē ex alijs
cauſis. A. i. ex actōnibꝫ ꝑſonalibꝫ. q2 de
realibꝫ dictū eſt ſup̄. ꝓprimo. §. B. R. ſm
Wil. Si debeē ex cauſa priuilegiata. vt
in depoſito illud p̄mo reſtituendū eſt. ff.
depoſiti. l. ſi hoīem. Si v̄o ex alijs cauſ
tūc ſiue ex cōtractu ſiue ex maleficio vel
quaſi: eq̄liter debeē. ita tn̄ q̄ ſi aliq̄s am
plius vigilauit in petēdo: illi p̄mo reſti-
tuendū ē. Aliter v̄o ſolueē ꝓ rata. vt. ff.
q̄ in frau. cre. l. pupillus. A. Et ibi p3 q̄
ſi debitor ꝑ ſe n̄ exactus in iudicō vel ext̄
ḡtificauerit alicui creditoꝝ. illud qđ da
tū eſt reuocaē. et diuidaē inē creditores
ꝓ rata. ⁊ notaē in ſū. con. eo. ti. q. xc. B
Et ī hoc vltio caſu. iure quidē poli etſi n̄
iure fori excuſareē. vt credit debitor ſi
pietate motus gratificaret plurimū in-
digēti. A. Item in dicta. q. xc. Et ad h⁹
materie declaratōem diſtinguendu3 eſt.
vtꝝ debitor ſit obligatus principl'r actō-
ne reali. et de hoc dictū ē ſup̄. reſtitutō j.
§. j. in additōne. An v̄o ſit obligatus p̄n
cipl'r actōne ꝑſonali. et tūc. aut ē ſoluē-
do. aut nō. Primo caſu debet ꝓut teneē
om̄ibꝫ creditoribꝫ ſoluere. et p̄t ſoluē nō
ſolū creditori ſuo. ſed etiā creditori cre-
ditoris ſui. q2 intelligiē facere meliore3
ꝯditōnem eius ⁊ vtiliē geſſiſſe negociū.
niſi forte ſuus creditor ꝓhibuiſſet ſibi. ff.
mādati. l. ſi pro te. vbi dr̄ q̄ ſi quis gerit
negociū alterius dn̄o ꝓhibente nullā h3
actōem ꝯtra dn̄m. Fallit in caſu in quo
etiā ſi ꝓhibeaē p̄t ſolui creditori credito
ris. videlicet qn̄ ſecundus debitor eſt de-
bitor ex eadem cauſa: ex qua et creditor.
puta vnus ꝯduxit domū quā et ipſe lo-
cauit. Nam ſecūdus cōductor p̄t ſoluere
primo locatori. vt. l. ſolutum. §. ſoluta3.
ff. de pigno. ac. Secūdo caſu qn̄ non eſt
ſoluēdo ⁊ habet plures creditores quibꝫ
om̄ibꝫ nō p̄t ſatiſfacere tūc debet ſatiſfa
cere ſm ordinē dictū hic. et in. §. p̄cedē-
ti. Sciendum tn̄ q̄ hec materia. ſ. quibꝫ
creditoribꝫ debeat p̄us ſatiſfieri l3 aliq̄-
tenus pateat ꝑ predicta. tn̄ in legibꝫ lō-
ga eſt et magis ꝑtinet ad forū iuditiale
quo creditores inē ſe diſceptēt an debeāt
preferri q̄ ad penitētiale vbi de ꝯſciētia
agiē debitoris cui debeat reſtituere. Nā
ipſe ad ꝯſciam tuēdam non debet alicui
creditoꝝ ꝓpter affectōnem vel amicitia3
tꝑalē ſeu carnalē in p̄iuditiū alioꝝ ſol-
uere. ff. que in frau. cre. l. pupillus. Sed
inq̄tū ipe ꝯgnoſcit primo d3 dare quibꝫ

magis tenetur. et ſic excuſat. niſi craſſe
et ſupine ignorauerit. ext. de cle. exco.
mi. apl'ice. quod ꝯphendit ſm qualitatẽ
ꝑſone et loci. ff. de iur. et fac. igno. l. re-
gula. §. ſ; iur. videlicet vtꝝ potuerit eẽ
ꝑitus ꝑ ſe vel hr̃e copiã peritoꝝ. ℏ

¶ Heres debitoris tenet eo ordine quo
ipẽ debitor. ſed quo ordine teneat ad le-
gata. habes ſup. hẽditas. §. vj. A. Et ibi
patet ꝙ iſte ordo eſt vt ꝑus ſatiſfiat cre
ditoribꝫ defuncti. ℏ

Reſtitutõ iiij°. q̃tum ad

fautores raptoꝝ. Quid g̃ de his
qui ſecunt raptores ad predaz?
Re. ſm Ray. Si illi qui ſecũtur vel aſſo-
ciãt raptores ſciũt vel exiſtimãt eos ra-
pinã facere ꝓpter eoꝝ ſequelã ſiue ꝯſiliũ
ſiue exhortatõem. ita ꝙ al' non eſſent fa
cturi: quilibet eoꝝ tenet in ſolidum. Si
doꝓpter ſuã ſequelã vel ꝯſiliũ non plus
fecerũt q̃ al' eſſent facturi. tũc tenẽtur
tm̃ de his que inde habuerũt vel expen-
derũt. et de damno qđ ipi vel aliqui đ fa
milia ipoꝝ fecerunt directe vel occaſio-
nalit. ar. ad hãc diſtinctõez ext. đ ſen. ⁊
re iudi. cũ I. ⁊. a. et ext. de eta. ⁊ q̃li. tuã.
⁊ de ſen. exco. int alia. xj. q. iij. qm̃ mul-
tos. Item Tho. ſcđa ſcđe. q. lxij. A. Cõ.
etiã Vl. et Hoſti. qui et addit. ꝙ ſi credit
ꝙ etiã ſine ſuo adiutorio vel inſtigatõne
damnũ feciſſent. ſed non tm̃: tenetur ad
id qđ ꝓbabilit credit eos plus feciſſe ꝓpt
ſuã inſtigatõnem vel adiutoriũ. vt in ſũ.
li. ij. ti. v. q. lxiiij. ℏ. Et ſimile ſup. reſti-
tutõ j. §. ix. Item multofortius tenẽtur
in ſolidũ defẽſores ⁊ receptatores ipoꝝ.
Silr et mãdatores. vel ſi eoꝝ noie facta
eſt rapina et ipi ratam habuerũt. xj. q.
iij. qui ꝯſentit. et. c. ſe. extra. de reſti. ſpo.
cum ad ſedem. in fi. A. Con. cum Ray.
in predictis Tho. et Vl. vt in ꝑdicta. q.
lxiiij. Et de hac materia latius habes in
§. ſe. ℏ

¶ Quot modis aliqui ſũt fautores ra-
ptoꝝ ita ꝙ teneãtur ad reſtitutõem? Re.
ſm Tho. ſcđa ſcđe. q. lxij. Illi ſunt q̃ his
verſibꝫ ꝯtinẽtur. Iuſſio. ꝯſiliũ. ꝯſenſus.
palpo. recurſus. Participãs. mut'. nõ
obſtans. non manifeſtans. Eoſdem etiã
đſus ponit Wil. quoꝝ expoſitõ ſm eun.
Tho. al. et Wil. ⁊ alios talis ẽ. Iuſſio. i.
ille qui iuſſit. qui principlr tenet ad re-
ſtitutõem totius. Et intellige qñ ex ſua
iuſſione ſecuta eſt ablatio rei. vel nomi
ne ſuo factã ratam habuit. al' non. Te-
netur etiã qñ veriſilr vel ꝓbabiliter cre
dit ex ſua iuſſione ſecutã eſſe ablatõem.
vt in dicta. q. lxiiij. ℏ. Conſiliũ. Hoc ite
rum intelligendũ qñ ex hoc ẽ vel credit
ꝓbabiliter damnũ ſecutũ. Tũc em̃ tene
tur in ſolidũ. al' nõ. Conſenſus. ſ. coopa
tõnis. Si em̃ tantũ coopetur ꝙ ſine eo
nõ poterat damnũ fieri: tenet in ſolidũ.
Si aũt ſine eo fuiſſet factum: reſtituat
quãtũ nocuit ꝑ ſe vel ꝑ ſuos. aut quãtũ
de rebꝫ illis habuit vel expẽdit. A. Idem
in dicta. q. lxiiij. Et addit. Collige etiaz
ex hoc ꝙ ſi plures faciũt damnũ ſimul.
et tñ vnus ſine alio vel plures ſine iſto
feciſſent. ꝙ tenet ſoluere ꝓ rata. i. ꝓ por-
tõne ſua. ſ. quãtum ꝯtingit eum đ dam-
no vniuerſo. ſi non p̃t diſtingui damnũ
quod ipſe intulit ab eo qđ alij intulerũt
ſm Ray. et glo. eius. et Vl. et Inno. et
Hoſti. Et addũt ꝙ in hoc tñ extimatio
habenda eſt. vt qui ſtrẽuior eſt. et q̃ ti-
morẽ maiorẽ incuſſit hoſtibꝫ in plus te-
neat. Item dicũt ꝙ ſi quis vadit cũ ra-
ptoribꝫ et furibꝫ et non coopatur eis ad
aliqđ damnũ faciendũ non videt teneri
in aliquo ſi nihil recepit đ rebꝫ ablatis.
Caueat tñ ꝯſcie ſue in hoc ſi ꝑatus erat
defendẽ ſi forſitan illi ſpoliãdi res ſuas
a p̃donibꝫ defendẽ voluiſſent ⁊ ꝓpter ſuã
pn̄tiam et ſocioꝝ eius nõ audebãt reſi-
ſtere ſpoliãtibꝫ vel domos ſuas incendẽ-
tibꝫ. q2 ſic nõ p̃t liber eſſe a reſtitutõne.
Item dicũt Inno. et Hoſti. ꝙ ſi aliq̃ etiã
nõ animo ledendi vel defendẽdi ledentes
vadãt cum alijs. imo etiã ſi aĩmo paci-
ficãdi vadunt: nõ excuſant niſi ſignifi-
cent aduerſarijs. q2 aliter aduerſarij ti-
more eoꝝ nõ auderẽt res ſuas defẽdere.
Vñ idem eſt ac ſi iuuarẽt. ℏ. Palpo. i.
adulator laudans raptorẽ q̃i ſtrennuũ.
Et quidẽ ſi ex hoc ſecutũ eſt damnũ: in
ſolidũ tenet. A. Al' nõ tenet niſi inquã
tum dãnificauit. Et idẽ ꝑ oppoſitũ intel
ligas in detractore vel vituꝑatore. vt in
dicta. q. lxiiij. ℏ. Recurſus. i. rceptator.
Nã q̃ recipit latrones et tuet eos vel rẽ
raptã doloſe celat ita ꝙ ipedit reſtitu-
tio: in ſolidũ tenetur. Participãs. ſ. in
crimie furti vl' rapine ſociãdo eos. ſicut

in.j.§.dictũ eſt. Sȝ ꝑticipãs in re acce-pta illud ſolũ tenet̃ reſtituere qđ ſcien-ter emit vel recepit. Si aũt ignorant̃. dic vt infra. reſtitutiõ iiij. ꝑ totũ. Mutus.i.q̃ videt furtũ fieri et doloſe tacet cũ poſſet ĩpedire. Hic aũt nõ tenet̃ reſtituere niſi ex officio ad hoc teneat̃. Non obſtãs.i. qui poſſet obſiſtẽ. et nõ facit. Et de hoc eodem mõ dicenduȝ ſicut de muto. A.ſ. q̇ ad reſtitutiõem tenet̃ qñ hȝ ex officio ſicut ſũt principes et rectores qui ex of-ficio tenẽtur iuſticiaȝ ꝯſeruare. qꝛ red-ditus q̃s hñt ſunt ſtipẽdia ad hoc inſti-tuta vt iuſticiã ꝯſeruent in terra. vnde tenent̃ reſtituẽ ẜm Tho. vl. et glo. ray̆. vt in dicta. q.lxiiij. H. Nõ manifeſtãs.i. qui ſcit vbi res rapta vel furata ẽ. et nõ indicat etiã cũ de hoc interrogat̃. A.ſ. ſeruato ordine euãgelico ſeu aľ ẜm for-mã iuris. Aliter nõ tenet̃ rñdere. vt ſu-pra. correctio ij.§.iiij. H. Hic ſilr̃ nõ te-net̃ reſtituere niſi ex officio ad hoc te-neat̃. Sȝ tñ videt̃ teneri ext̃. de furtis. qui cũ fure. A. Hoc.c. loquit̃ q̃ ad pctm̃ vt pȝ in dicta. q.lxiiij. vbi hec oĩa no-tant̃. Poſſet etiam quis hoc caſu teneri ad reſtitutiõem qñ legittime ꝓductus in teſtẽ occultat veritatẽ. qꝛ tunc tenet̃ ex officio manifeſtare. et iõ nõ manifeſtã-do reſtituere tenet̃. vt infra. teſtis iij.§. vtꝝ homo. et.§.fi. H

¶ Sed quid ſi vnus dictoꝝ ſatiſfecerit. nunquid alij liberabũtur? Rñ. ẜm Ray̆. Si vnus ſatiſfecerit integ̃liter de omni damno et expẽſis et incomodo ſiue int̃-eſſe: oĩes alij liberãtur. qꝛ nõ tenentur dãnificato. Nã bona fides nõ patitur vt idem debitũ bis exigat̃. ff. de re.iur̃. bo-na fides. Idem Hoſti. et Tho. Addit vl-terius Ray̆. dicẽs ſic. Ille cui ſic ſatiſfit credo q̇ p̃t et dȝ q̃tum ad iuditiũ aĩe ce-dere actiõem illi qui totũ ſoluit. nõ qui-deȝ vt ab vno toto exigat niſi forte a pn̄-cipali. ſed pro ꝑtibꝫ petat a ſingulis. Sȝ q̃tum ad foꝝ ꝯtentiõſum nõ tenet̃ cede-re. Nã qua fronte p̃t petere ceſſioneȝ qui ex culpa ſua damnat̃. ff. de admi. tu. ſi plures ij. et. ff. de tute. et ra. diſtra. l.j.§. nũc tractemus. Tñ et ſicut Hoſti. dicit. ſiue ſit facta ceſſio ſiue nõ: alij qui nihil ſoluerũt tenẽtur ex ꝯſcia ad reuelandũ illum qui in ſolidum ſatiſfecit quilibet pro ſuis ꝑtibꝫ. Nam ſoluẽs. vtiliter geſ-ſit eoꝝ negociũ. Vñ tenẽtur habere ra-tum et ei ſatiſfacere. ar. ff. de neg. geſt. l. cũ pecuniã. et. l. põponius. in fi. et. l. ſol uẽdo. Tho. quoqꝫ ſcđa ſcđe. q.lxij. quaſi declarans dicit. q̇ ſi ille qui fuit pn̄cipa-lis: vtputa p̃cipiens ſoluit. oĩes illi li-berati ſunt qui fuerũt ab eo ad damnũ faciendũ inducti. A. niſi illi qui aliquid habuiſſent de rapina. vt dicetur in.§. ſe. H. Si vo alius reſtituit tunc illi q̃ ſunt principales. et illi ad quos res deuenit: tenentur reſtituere illi qui reſtituit. A. Idem etiã in ſũ. li. ij. ti. v. q.lxv. H. Et vi-det̃ intelligendũ q̇ ſi iſti tales non reſti-tuãt ei. ceteri tenẽtur pro ꝑtibꝫ ſuis (vt prius dictũ eſt) reſtituere.

¶ Quid ſi ſpoliatus liberaliter remittit reſtitutiõem? Rñ. ẜm Inno. Si dimittit principali. vt raptori vel precipienti: li-beratus eſt ꝯſiliator. et huiuſmodi. quia liberatus eſt is qui principaliter teneba-tur. et qui res habuerat. ſed ſi dimittat ꝯſiliatori non credo liberatos alios eſſe ad quos res ꝑuenerunt. niſi expreſſe in-tellexerit eos liberare. Neqꝫ etiam illuȝ qui rapinã fecit etiam ſi de rapina nihil habuerit. quia de iure naturali et diui-no ꝯueniens ẽ q̇ ſublato principali tol-latur acceſſoriuȝ et non ecõtrario. ext̃. de ꝯſti. tranſlato. Immo plus q̇ et ſi li-beraliter abſolueretur principalis. non ꝓpter hoc abſolutus eſſet conſiliarius ſi aliquid ad eũ ꝑuenit de rapina. niſi ali⁹ pro eo ſatiſfeciſſet et tũc iſte ꝯſiliari⁹ in caſu aĩe. A.i. in foro ꝯſcie ⁊ non in foro iudiciali. vt in dicta. q.lxv. vbi hec notã-tur. H. tenet̃ ei qui ſatiſfecit pro eo. A. etiam ſi ſatiſfaciens fuiſſet principalis in rapina. non autem offenſo. quia ei iã ſatiſfactum eſt ſcđm eundem Inno. ⁊ in dicta. q.lxv. H

¶ Nunquid in reſtitutiõne põt a p̃dictis oĩbꝫ exigi pena. vt de rapina ⁊ de oĩ furto manifeſto pena q̃drupli. et de alio furto pena dupli? R̃e. ẜm Tho. ſcđa ſcđe. q.lxij. Huiuſmodi pene nõ debẽtur poſt-q̃ fuerint adiudicate. in quo caſu pena vnius vt Ray̆. ponit non liberat alium. xij. q.ij. cum deuotiſſimam. De hoc ca-ſu habes ſup̃. pena j.§. plt̃. A. q̃ incipit. vtꝝ q̃ ꝯmittit. De hoc etiã ſup̃. pedagiũ.

§.ij.et ibi latius in additõne. B

REſtitutõ iiij.ſ.q̃tum ad emẽtes. Quid de his qui ſcië-
ter emerũt de rapina vel furto?
Rñ. ſm Ray̆. Si hoc ſciebat quis aut
ꝓbabilit̃ credebat et emit cupiditate ac-
quirẽdi ſibi.ſ.vt haberet vel vẽderet al-
teri ſicut vellet: indiſtincte tenet̃ ad re-
ſtitutõem. neq̨ liberat̃ alienando alteri.
vel ſi res pereat morte vl' quocũq̨ caſu
vel ſi ei auferat̃. Et rõ eſt. q2 ipẽ furtum
ↄmiſit rem alienã inuito dño ↄtractãdo
ff.de furt̃.l.j. Fur aũt ſemꝑ eſt in mora.
vt.ff.de con.fur.l.ſi ꝑ fure.§. ↄditõ.ꝛ.l.
penl't. Unde neq̨ p̃cium quod dederit p̃t
repetere ab illo cuius res ẽ. A. Facit.l.
in ciuilẽ.C.de furt̃. B.ꝛ tenet̃ reſtituere
oẽm vtilitatẽ.vt ſup̃.reſtitutõ j.§.v. Et
ſi reſtituit rem deteriorez q̃ ad ipm ꝑue
nit: nõ liberatur. Etſi in aliquo tꝑe me-
dio res fuit melior etiã forte poſtq̃ ven-
didit alteri tenet̃ ad extimatõem pluri-
mi.ff.de cõ.fur.l.in re furtiua.ff.de fur.
l.qui inuenta.ff.comodati.l.ſi vt certo.
§.ſed interdum.C.de rei ven.l.certũ. Et
idem intelligo de ſecundo et tertio et vl-
timo emptore malefidei. ff.de mino. ſed
vbi. A. Predictis cõ.hoſti.et Ul. Et ad-
dit Ul.q̃ ſi res r̃ſtituit̃ ſufficit q̃ ſit adeo
bona ſicut erat qñ ablata fuit. Si autez
rem nõ habet: facienda ẽ eſtimatõ ſcõm
tp̃s in quo plus valuit. vt in ſũ.eo.ti.q.
lxix. Quod p̃t intelligi veruz. niſi medio
tꝑe res plus valuerit. et illo tꝑe int̃fue-
rit dñi rem ſibi redditaz fuiſſe. q2 forte
vendidiſſet vel vſus fuiſſet. ex cuius ca
rentia oportuit eũ aliam emere. Nã tũc
tenet̃ ad om̃e intereſſe dñi. ſm eundem
Ul.et in dicta.q.lxix.ꝛ iõ non liberaret̃
dando rem eiuſdẽ bonitatis q̃lis erat tꝑe
quo abſtulit. B

¶ Quid qñ quis emit bona fide.ſ.cũ vo
lũtate reſtituẽdi? Rñ. ſm Ray̆. Si emit
quaſi vtiliter gerens negociũ illius cui
fuerat ablata res quã ipſe videbat ꝑire
poteſt a ſpoliato petere id quod dedit ꝑ
ipſa re.ꝛ quicquid expẽdit ad ↄſeruatõ-
nem eius. niſi cũ re illa aliquid lucratus
fuiſſet. q2 tũc diſcõputaret̃ vſq̨ ad quã-
titatem expenſaꝝ. Et breuiter dicendo
quicquid ſibi adeſt ex illa re tenet̃ reſti-
tuere. vt penſionẽ. et mercedẽ. et fruct9.
et ſimilia. et quicq̃d ſibi abeſt p̃t repetẽ.
et rõ eſt. q2 vtiliter geſſit negociũ expo-
liati. A. Hoc veꝝ qñ negociũ vtilit̃ ge-
ſtum ẽ. puta q2 veriſit̃r expoliatus rem
nõ erat rehiturus. et redẽpta eſt ꝑuo p̃-
cio. aliter ceſſat cauſa h9 repetitõnis. et
ↄſequẽter effectus. ext̃. de appella. cũ ceſ
ſante. B. Et hoc p̃t eſſe ſi res ſine cl'pa
ſua pereat vel amittat̃. Sꝫ licet in iudi-
tio anime credat̃ tali emptori. in iuditõ
tñ ↄtentioſo nõ crederet̃ ei. niſi publice
hoc ꝓteſtaret̃. ar.ff.de neg.geſ.l.nenſe-
nius.C.de fur.l.ij.ext̃.vt eccl'iaſtica be-
ne.c.vnico. Et ſi tal' emptor poſtq̃ fecit
diligẽter inquiri nõ potuit ĩuenire cui9
eſſet res illa. quicq̃d res illa valet vltra
id qđ iſti emptori debet̃ danduz eſt ꝑ aĩa
illius c9 res fuit. et ſic liberatus erit. A.
Et dicit Ray̆. Cõſulo q̃ hoc publice fiat
vt euitet̃ om̃is ſuſpitõ. vt in ſũ.eo.ti.q.
lxxij. vbi hec notant̃. B. q2 in hoc etiam
vtiliter geſſit negociũ illius. ar.xij.q.ij.
quatuor. circa.fi. Satis con.hoſti.vl.et
Wil. A. Tñ ſi talis ẽptor pauꝑ eſſet hoc
caſu qñ non inuenit̃ dñs rei ſibi res re-
linqui poſſet a prelato ſicut alij pauperi
ſm Ul.et Hoſti.vt in dicta.q.lxxij. B

¶ Quid qñ quis hẽbat ↄſciaꝫ q̃ res quã
emit venderet̃ iuſte. ꝛ nũc ↄꝑit rẽ fuiſſe
vitioſam.ſ.ex furto vel rapina? Rñ. ſm
Ray̆. Si temere credebat vel ignorabat
ignorãtia craſſa et ſuꝑpina vel ex negli-
gẽtia nihil ſuꝑ hoc cogitabat: tenet̃ ad
reſtitutõem. A.ſ.ſic malefidei poſſeſſor.
q2 lata culpa equiꝑatur dolo. ext̃. de cõ-
ſti. vt aĩaruz.li.vj. B. Si ꝟo emit bona
fide. tunc etiã poſtq̃ ↄꝑit rem vitioſam
fuiſſe poterit expẽſas r̃tinere quas exi-
ſtẽs in bona fide fecit circa rem ↄſeruã-
dam vel meliorandaz et non tenetur de
fructib9 tꝑe bone fidei perceptis. extra.
de in inte. reſti. requiſiuit. ext̃. de re.ec.ñ
alie. ad nr̃am.ff.de acq̃.re.do. bone fidei
Tenet̃ tñ ꝺ fructib9 illis qui non eſſent
adhuc ↄſumpti ſed extarent. ex quo inci
pit habere malam fidẽ. Con.hoſti.vl.et
Wil. A. De his ſumptib9 et fructib9 di-
ctum eſt ſupra. reſtitutõ j.§.iiij.et.v. B
Item ſcõm Ray̆. et Hoſtien. ſi durante
bona fide res perijt: non tenetur. quia
non erat in mora. Similit̃ ſi alienauit.

quia nõ dolo deſijt poſſidere. et ꝑtium ex
re furtiua redactũ nõ eſt furtiuũ. ff. de
fur. qui vas. §. fi. ext. de alie. iudi. mu. cã
facta. c. j. A. Idẽ in ſũ. eo. ti. q. lxxiiij. ad
fi. Tñ reſtituet ꝑcium q̃ poſſeſſor fact9
eſt locupletior ſi dñs rem ꝯſequi nõ pt.
quia ꝑtium ſuccedit loco rei. ff. de peti.
here. ſi et rem. B

¶ Sed nũquid ille qui emit bona fide. ſ.
credens rem nõ eſſe furtiuam. ſi poſtea
inueniat rem eſſe alienã pt petere a dño
ꝑcium? Rñ. Certe nõ. C. de fur. l. in ciui
lem. Sed agat ꝯ venditorem de euictõe.
A. Et ſi per plures emptores ſucceſſiue
res tranſierit vnus aget ꝯtra aliũ. ff. de
mino. l. ſed vbi. B

RESTITUTIO QUINTO QUO

ad edentes et recipiẽtes de rapi
na. Ubi ſciendũ ſm Ray. q qui
recipiũt dono: ꝑciſe tenet ad reſtitutõez.
Intellige ſm Hoſt. niſi ꝯſũpſiſſent añq̃
intelligerẽt fuiſſe de rapina. C. de rei vẽ.
l. certũ. A. Hoc eñ caſu nõ tenẽtur niſi
inq̃tum facti fuiſſent locupletiores. ff. de
peti. here. l. vtrum. B

¶ Quid de vxore et familia que ſcienter
comedit et bibit et induit de talib9? Rñ.
ſm Ray. Tenent de oĩb9 que ſic cõſu-
munt niſi in caſu. ſ. cum agũt cãm ſpo-
liatorꝝ monẽdo et inducendo ipm rapto-
rem ad reſtitutõem faciendã. Tunc eñ
nõ tenẽtur. Nam qui alterius negociuz
gerit vtiliter etiaz ignorãtis et abſentis
licite recipit expenſas ſiue ſecuta fuerit
vtilitas ſiue nõ. ff. de neg. geſ. l. ij. et. l. põ
ponius. et. l. ſed an vltro. Et hoc intelli
go ꝑ eo tpe quo circa talium correctõez
laborauerũt. non q vxor et familia poſ
ſit viuere toto anno de raptis reb9 ꝑ vna
ãmonitione vel duab9. ſed q̃diu ꝯtinue
inſtat opportunis horis. Satis con. ho-
ſti. vl. et Wil. A. Satis poteſt ꝯpreben-
di ꝑ iura et doctores q talib9 reb9 nec fa
milie nec cuiq̃ alteri licet vti. niſi in ca-
ſu extreme neceſſitatis. vt in ſũ. li. ij. tit.
v. q. lxviij. vel niſi inq̃tum veriſimiliter
quis gereret vtiliter negociũ eorꝝ quorꝝ
ſũt res ⁊ nõ aliter. ff. de neg. geſ. l. ſed an
vltro. Ideo ſupradicta predicatõ nõ ex-
cuſaret qñ veriſimiliter nõ ꝓdeſſet ipſis
dñis rerum. B

¶ Unde viuet vxor et familia raptoris?
Rñ. ſm Ray. Si ibi ſunt aliqua ď iuſto
precio pt de illis ꝯſumere et expẽdere. ſi
non ſunt alia. aliunde ſibi victũ querat.
vel ab amicis aut ꝯſanguineis. vel ope-
rando. vel etiã elemoſinam querẽdo. Et
idem dico ſi etiã aliqua ſunt ibi de iuſto.
ſed vel ita ſũt mixta q non pñt diſcerni
vel ſi pñt: maritus nõ permittit. A. De
iſtis reb9 ꝑmixtis Wil. dicit q nonſolum
vxor his licite pt vti. ſed etiaz quicunq̃
alius cui vir aliquid de ſuo daret. niſi ꝑ
hoc fieret nõ ſoluẽdo. Et idem dicit glo.
ray. dum tñ in mẽte habeat viuere de li-
cite acquiſitis. vt in dicta. q. lxviij. Sed
niſi neceſſitas cogat dictũ Ray. tutius
videt. q2 in dubio tutior ꝑs eſt eligenda.
extra. de homici. petitio. B. Q2 ſi nullo
de ꝑdictis modis victuz inuenire pt: re-
ſtat triplex auxiliũ. Primũ ſi pt habere
de dote vel ſponſalitio. ſ. donatõne ei fa-
cta ꝓpter nuptias: inde viuat. Secundũ
vt denũciet talib9 qui pñt ꝓdeſſe. vel etiã
ſi ꝓbari pt denũciet epo. vt ꝯpellat eum
paſcere vxorẽ de iuſto. ij. q. j. ſi peccaue-
rit. xxij. q. v. hoc videt. extra. de iuriurã.
queadmoduz. et extra. de pig. ex lr̃is. et
extra. ď dona. ꝓpter nup. ꝑ vr̃as. Tertiũ
auxiliũ eſt. vt ſi eſſet in arto poſita tunc
in neceſſitate poſſet etiã de rapina viue-
re. q2 neceſſitas nõ habet legem. de con.
diſ. j. ſicut. et diſ. v. diſcipulos. A. Et ibi
patet q intelligitur de neceſſitate extre-
ma. ſ. qñ aliunde non pt honeſte habere
vnde viuat. Et patz etiam ex notatis in
dicta. q. lxviij. vbi etiaz hec oĩa ponũ-
tur. B. Quicquid aũt ſic expẽdit doleat
animo. et ꝓponat q̃citius poterit reſti-
tuere. et vtat parcius. ſ. ad ſolã neceſſi-
tatẽ. Poſſet etiam viuere ipa. et q̃libet
alius cui raptor daret de ꝑcio rerꝝ rapta
rum q̃s vendidiſſet. q2 preciũ rei furtiue
non eſt furtiuũ. vt ſup. reſtitutio iiij. §.
penl't. Hoc dico ſi maritus al'eſt ſoluẽdo
Secus ſi ñ eſt ſoluẽdo. aut ꝑ hoc fieret
non ſoluendo. A. vel poſtmodũ efficiat
nõ ſoluendo. vt pt colligi ex dictis ſup.
reſtitutõ j. §. xiiij. in additõe. ů. item nul-
lus. B

¶ Utrꝝ fr̃es ꝑdicatores qui vadũt ad ra-
ptores vt eos inducãt ad pñiam et reſti-
tutõem poſſint ꝯmedẽ de rapina? Re. ſm
Ray. Siue inducant eos in ꝑdicatione

generali ſiue in ꝑſuaſione ſpāli excuſan tur maxime ſi apō alios ñ poſſint ꝯmo de inuenire. extra. de ſen. exco. cū volū tate. Et hoc intellige cū moderamine. et ſi ſit ſpes de illoꝝ correctione. Item ſi ꝓpter eoꝝ expenſas raptoribꝫ nō ſubtra batur facultas rſtituēdi nec in toto nec in ꝑte. ar. ij. q. vj. anterioꝝ. §. illud. Cō. Hoſti. A. Idem videtur etiā ſi raptores efficiātur aliquātulum impotentes qñ veriſimiliter per ipas admonitōnes vti liter geritur negociuꝫ dñorum rerum. dicto. c. cum voluntate. Et facit ſupra. §. j.

Reſtitutō vj°. ſ. incertorum et huiuſmodi.

Si expoliati ignorātur vel nō inueniūtur tūc ſm Ray. diſtribuunt in pias cauſas in loco vel ſaltem in dyoceſi vbi rapina facta eſt. de ꝯſilio illius epi vel ſaltē capellani. ar. di. lxxxvij. diuine. et di. lxxxviij. eps. et. xij. q. ij. ꝯceſſo. et. c. q̄tuoꝛ. vj. q. iij. c. fi. ext. de rap. c. j. Et ſcias hic ſm Wil. ꝙ non oꝫ ꝙ reſtitutio fiat in dicto loco niſi comode fieri poſſit. alr̄ ſufficit alubi fieri. Cō. hoſti. Tho. vo ſcda ſcde. q. lxij. dicit ſic. Si ille cui dꝫ fieri reſtitutio ſit oīno ignotus debet hō reſtituere ſm ꝙ pt. ſ. dando elemoſinas ꝓ ſalute ipius ſiue ſit mortuus ſiue viuꝰ pmiſſa tñ diligenti inquiſitōne de pſona eiꝰ. Et ſi moꝛtuus ſit debet reſtitui heredi q̄ cōputat quaſi vna pſona cū ipo. Si vo ſit multū diſtans dꝫ ſibi tranſmitti quod ei debet. et pcipue ſi ſit res magni valoris ⁊ poſſit comode tranſmitti. Alioquin dꝫ in aliquo loco tute deponi vt ꝓ eo ꝯſeruet. ⁊ ſic dño ſignificare. hec Tho. Addit Wil. ꝙ hic penſande ſūt circūſtantie et ꝙ tammodica poſſet eſſe quātitas. et tamlargus et tamdiues ille cui deberet reſtitui ꝙ nō opoꝛteret ei mitti. A. Pro predictoꝝ melioꝛi intelligētia duo vidēda ſunt. Primū cui facienda ē reſtitutō qñ nō inuenit pncipalis cui debet. Secundū vbi debet fieri ſiue inueniat ſiue non. Ad primū dicendū ꝙ debet pmitti diligens inquiſitō. vt dicit Tho. Etſi nō poteſt īueniri detur eius heredibꝫ ſi pñt inueniri. Q̄ ſi nec heredes diligēter inquiſiti inueniūtur erogetur in paupes. extra. de vſuris. cum tu. Et inter paupes preeligendi ſunt paupioꝛes. Inter equaliter paupes iuſtioꝛes. Nametſi omnibꝫ debet miſericoꝛdia: iuſto amplius. vt dicit Amb. in li. de offi. et. lxxxvj. di. nō ſatis. Et. xvj. q. j. c. fi. dicit Hiero. ꝙ in pauperibꝫ non tā pauptas ꝙ religio attendenda eſt. Qui aūt dicātur magis pauperes habet. C. de epi. et cle. ſi qs ad declinandā. §. fi. vbi loquēdo quibꝫ det hereditas quando paupes indiſtincte ſunt ſcripti heredes. dicit. Quis pauperioꝛ ē illis homībꝫ qui inopia tenti ⁊ in xenonem repoſiti. i. hoſpitale. a xenos quod eſt pegrinū. quia ibi recipiūtur paupes et pegrini. Sequit et ſuis coꝛpibꝫ laborantes neceſſariū victum ſibi non poſſunt afferre. Et infra. Si aūt amplioꝛes in ciuitate xenones vel ꝓthochia ſunt. Prothochiū idem eſt qđ xenon. a ꝓthos qđ eſt primū quaſi primus. i. venerabil' locus. Sequitur. Ne incerta videat pecūiariū datō tūc ei ꝓthochio vel xenoni qui pauperioꝛ eſſe dignoſcit eaſdem res vel pecunias aſſignari hoc videlicet diſcutiendo reuerēdiſſimo locoꝝ antiſtite vel ſub eo ꝯſtitutis clericis. Si aūt nullus ſit xenon. tunc ſm de captiuis ſancionem pro tpe yconomus ſacroſancte eccleſie vel eps hereditatē accipiat et ſīi falcidie rōne paupibꝫ qui in ciuitate ſūt vel penitus mendicātes vel alia ſuſtentatione egētes eedem pecunie diſtribuantur. Et infra. In oīlbꝫ aūt huiuſmodi caſibꝫ celeſtes iracūdias ſacroſanctarum rerum adminiſtratores expectent ſi qualecūqꝫ lucrū ex huiuſmodi gubernatōnibꝫ ſibi acqſierint. vel ſi hoc ꝯmitti ab alio ꝯſenſerint et nō grauiſſima pena et interminatōne qđ pperam factū ē ſtudeant coꝛrigere. Quo ad ſecundum ſciendum ꝙ glo. in. c. cum tu. ext. ð vſu. ſup ŏ. ſupſtitibꝫ. dicit ꝙ vſurarius debet remittere rem ei a quo accepit ſumptibꝫ illius cui mittit. etſi ſumptus excedit valoꝛē rei: debet dari pauperibꝫ. etſi ignorat vbi ſit ille cui debet reſtituere nō tenetur inquirendo vagari. ff. ð op. liber. l. quod niſi. in fi. Hoſtiē. vt et ibi refert dominus An. de bu. dicit ꝙ immo debet rem mittere ſuis ſumptibꝫ cum ſit male fidei poſſeſſoꝛ. Aliqui tamē theologi dicunt debere ꝯſiderari circumſtātias rei

et qualitatis ꝑſone cui debet fieri reſtitutio. et itineris ꝓpter ſũptus. Nã dicũt ꝙ res poſſet eſſe tã modica et ꝑſona cui debet fieri reſtitutio ita diues ꝙ nõ eſſet neceſſe ipſam mittere ad eum. ſed poſſet tribui paupibꝫ. Sꝫ ſi res eſt magni valoris et non poſſit ꝯmode mitti: deponatur in loco tuto et denũcietur dño ſi p̄t. vt et p̄tactum eſt. Sed ad hoꝝ intelligētiam puto latius et clarius dicēdũ. Aut ſcitur ꝑſona creditoris. aut non. Si ſcit̄ clarũ eſt ꝙ debet reſtitui in loco in quo inter ꝑtes fuerit ꝯuentũ. q꞉ nil eſt tam ꝯgruũ humane fidei ꝙ̄ ꝯuenta ſeruare. ff. de pac. l. j. Si vo ſup̄ hoc nihil ē ꝯuentũ tunc ſi res eſt remota a loco ex defectu debitoris: puta ip̄am trãſferēdo. claruꝫ eſt ꝙ tenet̄ eam ſuis ſumptibꝫ mittē ad creditorē. ff. ad exhibē. l. ſꝫ ſi hēditas. §. quo autē loco. qui. §. eſt clauis huius materie. Ibi enim dr̄ ꝙ ſi quis petit rē quam habet alius exhiberi. i. p̄ntari in iuditio vt videatur an ſit ſua. vel ꝓpter aliam cãm. ꝙ debet ip̄am exhibē in loco in quo petitur ſumptibꝫ petētis niſi data opa reus tranſtulerit a loco. tunc enĩ debet eam reus ſuis ſũptibꝫ in loco exhibere vbi petitur. Ex quo bene colligitur qđ dictum ē videlicet ꝙ debet debitor remittere ſuis ſumptibꝫ qñ res fuerit ſuo facto remota a loco. Et ita intelligatur dictũ Hoſti. ſup̄ recitatũ. Uerũtñ ſi hoc non poſſet tute facere ꝓpter ꝑiculum itineris et tempoꝝ. bñ interim excuſatur inq̄tum durat ꝑiculũ et nõ vltra. ex̄t. de do. et ꝯtu. cũ dilecti. vbi dr̄ ꝙ iuſſus venire ad papã: excuſatur dũ impedit̄. et nõ al'. Et ita p̄t intelligi qđ dicũt ſupra theologi. Qđ aũt dicunt de depoſito: eſt cõſiliũ non neceſſitas. q꞉ nullo iure hoc cauetur. Si vo non eſt ꝑiculũ in mittēdo ſed debitori eſt difficile ꝓpter paupꝑtatem vel ꝓpter magnos ſũptus: ꝑ hoc nõ videtur excuſari. q꞉ difficultas diſſolutõnis obligatõnis non liberat debitoreꝫ. l. ꝯtinuus. §. illđ. ff. de vbo. ob. Et damnũ quod quis ſua culpa ſentit debet ſibi nõ alijs imputari. ex̄t. de re. iur̄. c. damnũ. li. vj. et. ff. de re. iur̄. l. quod quis. Et iuſtius patit̄ culpoſus ꝙ̄ innocēs. niſi forte debitor eſſet ita pauper. et creditor ita diues ꝙ merito cauſa elemoſine deberet

ei remittere. vt p̄t colligi ex dictis ſupra reſtitutõ j. in principio. in additõne. Et ſm̄ hoc poteſt etiam intelligi quod ſup̄ dicunt theologi videlicet ꝙ debet haberi reſpectus ad qualitatē ꝑſonaꝝ. Al' non videret̄ curandum ꝙ res mittenda eſſet modici valoris. Nam damnũ paſſo etiã minimũ damnũ reſtaurãdum ē. ff. đ dã. infec. l. ſi ꝓprietarius. Nec obſtat qđ dr̄ in l. ſcio. ff. de mi. videlicet ꝙ lex nõ curat đ minimis. q꞉ ibi loquitur qñ venit̄ ꝑ ius ſpãle reſtitutõnis in integrum ꝯtra ius ꝯmune. vel qñ per illa minima preiudicaretur maioribꝫ eiuſdem ꝑſone. Nõ tñ putarem ꝙ res ita ſcrupuloſe ſit accipienda vt debeat expēdi valde excedens p̄cium pro remittenda re valde parua. ff. đ excu. tu. l. ſed hec. vbi dicitur. Sꝫ hec nimiũ ſcrupuloſa ſunt nec admittenda. Nunq̄ enĩ ſcrupuloſitates magne ſunt admittende. vt ibi dicit̄. adeo ꝙ nec larga nec ſcrupuloſa interp̄tatio habeat̄. quia non debet creditor velle magnũ debitoris diſpendium pro parua ſua vtilitate. vt dictum eſt ſupra. reſtitutio j. in principio in additõne. Et ſm̄ hoc poteſt intelligi quod ſupra dicunt theologi debere ꝯſiderari quãtitatem rei et diſtantiam itineris. Semꝑ tamē puto ꝙ licet quis diſtribuerit alienũ paupibꝫ. ſi appareat dñs. cõgruo loco et tꝑe debeat ipſi reſtitui. et hoc qñ debitor non adhibuit debitam diligentiaꝫ ad inueniēdũ dñm rei ſeu creditorē. Al' non. quia bona fides non patitur vt ſemel exactũ iterum exigatur. extra. de re. iur̄. bona fides. li. vj. Et ſine culpa regulariter ñ eſt quis puniendus. vt iu. c. ſine culpa. de re. iur̄. li. vj. Ideo ꝯtra quoſdam qui rapta erogauerunt ex culpa pauperibꝫ. dr̄ ex̄t. đ homi. ſicut dignũ. §. eos. Non ei aliena cum ip̄a potuiſſent eis quorũ fuerũt reſtituere debuerunt pauperibꝫ erogare. Sed ſi in tranſlatione rei reſtituēde nõ interueniat culpa debitoris. tũc aut nõ interuenit factũ creditoris. aut ſic. primo caſu ſi res ꝯcernit comoditateꝫ creditoris: puta depoſuit quis apud aliquē res ſuas. hoc caſu nõ tenet̄ debitor illas remittere niſi ſumptibꝫ creditoris. ff. depoſi. l. ſi in aſia. Sed ſi res concernit comoditatem debitoris: puta q꞉ res eſt ſibi

comodata debet ſuis ſumptibꝰ remitte-
re. vt qui ſentit comodū ſentiat ⁊ onus
vt notat glo. in dicta. l. ſi in aſia. Sed ſi
res ꝯcernit comoditatē vtriuſqꝫ vt in lo
catione: puto ꝙ ſumptibꝰ vtriuſqꝫ debet
remitti. quia quod obtinet de toto q̄ ad
totuʒ idem de pte quo ad ptem. ff. de rei
ven. l. que de tota. Etſi inͤuenit factum
creditoris. qꝛ forte ſe tranſtulit ad aliuʒ
locū videtur ꝙ res debeat mitti ſumpti-
bus ipius creditoris. ar. l. ꝙ niſi. §. fi. ff.
de op. liber. vbi dr̄. ꝙ libertus qui eſt in
ꝓuintia tenet̄ ire Romaʒ ad p̄ſtandas
opas p̄ꝛono ſi ibi morat̄ vt bonus pr̄fa
mil'. Non aūt ſi cepit vagari ꝑ mundū.
Et interim dū vadit Romā dies opaꝝ
pereūt p̄ꝛono. Et ſic videt̄ ꝙ ſūptu ſuo
portent̄ ſibi ope. Et in iſtis ſūptibꝰ non
ꝯputant̄ ſūptus ciboꝝ apportātis ſʒ alij
niſi forte apportās ſi non impediret̄ in
portādo lucraret̄ ſibi ſūptus. vt ꝓbatur
in dicto. §. quo aūt. et in. l. ſed ſi heredi-
tas. ff. ad exhibē. Et hec locū hn̄t qn̄ de-
bitoꝛ fuit bone fidei poſſeſſor. qui qn̄ te-
netur remittere rem videt̄ ꝙ debeat fa-
cere ſūptus ſaltem vſqꝫ ad locū vbi p̄us
habitabat creditor. qꝛ in eo nō grauat̄.
ſed exinde non ꝓpter cauſam ꝑrime di-
ctam. Si vͦo ſit male fidei poſſeſſoꝛ tunc
et ip̄e tenet̄ rem vſqꝫ ad locū vn̄ habuit
reptare. Exinde vͦo ſi intereſt creditoris
potius apportaſſe illas ſimul cū alijs re
bus ſuis vſqꝫ ad locum ad quē tranſtu-
lit domiciliū: tenetur debitoꝛ ad illud in-
tereſſe exquo eum damnificauit in illo.
Et ideo forte tantū erit īteresse ꝙ opoꝛ-
tebit ip̄m rem remittere ſūptibꝰ ſuis vl'
reportare. Sed ſi creditoris nō īteſt:
nō tenetur vlterius portare q̄ ad locum
vbi rem accepit. niſi ſūptibꝰ creditoris.
vt p̄tactum ē. Si vͦo creditoꝛ nōſolū re-
ceſſit a loco. ſed etiā diuerſimode cepit
vagari: tūc non tenet̄ ſibi rem mittere.
dicta. l. ꝙ niſi. §. fi. Et ſm̄ p̄dicta pōt in-
telligi glo. ber. dicētis ꝙ vſurarius debet
mittere rem ſūptibꝰ creditoris. et ꝙ non
tenet̄ creditorem vagādo inquirere. Sʒ
ſi neſcitur ꝑſona cui d̄bet fieri reſtitutō
aliqui theologi dicūt rem debere diſtri-
bui paupibꝰ in loco vbi damnū datum
eſt vel ſaltem in dyoceſi de auc̄te epi illiꝰ
vel ſaltem capellani vt et p̄tactum eſt.

Sed certe auctoritas capellani nō ſuffi
cit. vt notat dn̄s An. de bu. in. c. cū tu.
ex̄t. de vſur̄. Et auctoritas epi nō eſt ne-
ceſſaria. vt īfra. §. ſe. Qꝫ vͦo reſtitutō fie-
ri debeat in tali loco vbi damnū datum
ē nullo iure videt̄ ꝓbari. ſʒ ſimpl'r dicūt
iura ꝙ fiat erogatio in paupes. dicto. c.
cū tu. ⁊ extra. de homi. ſicut dignū. cum
ſimilibꝰ. Non obſtat. c. j. extra. de rap. qꝛ
ibi ꝑſona cui debebat fieri reſtitutō ſcie
batur et inſtabat apud epm̄. Al'ep̄s nō
fuiſſet motus ad excoīcanduʒ ex officio
ſuo niſi ad petitōnem ꝑtis. extra. d̄ elec.
innotuit. ad fi. et. ff. de dam. infec. l. iiij.
§. hoc aūt. Vn̄ nō miꝝ ſi reſtitutō fit in
loco vbi eſt damnū datū cum ibi ſit p̄n-
cipalis cui reſtitutō fieri debet. vt ſupra
dictū eſt. Bn̄ aūt eſſet d̄ ꝯſilio ꝙ in loco
eodem fieret. tū qꝛ videt̄ equuʒ ꝙ reſpu-
blica habeat comoditatē ex bonis ꝑſo-
naꝝ ſuaꝝ. tum qꝛ nōnūq̄ in talibꝰ locis
foꝛſitan fieret diſtributio illis ꝑſonis a
quibꝰ res accepte ſunt. Et ita tenet dn̄s
An. de bu. in dicto. c. cū tu. b

¶ Sed nūquid eſt de neceſſitate ſalutis
ꝙ talis reſtitutō fiat auc̄te ſupioris? R.
Hec queſtio diſputata fuit ꝑ dn̄m Gui-
donem de abaſio. arch. bonon̄. doctorem
decretoꝝ. et notat̄ ꝑ eundem. xiiij. q. j. c.
j. et dicit ſic. Ray̆. dicit ꝙ ſi nō inueniū-
tur ſic ſpoliati vel etiam ignorātur. tūc
de conſilio et auc̄te eccleſie ſiue ſupioris
penitentiarij diſtribuātur in pias cau-
ſas ⁊c̄. vt in p̄cedēti. §. habes. Sʒ Hoſti.
dicit ꝙ reſtitutō male ablatoꝝ eſt vnus
de caſibꝰ ꝑtinentibꝰ ad epm̄. vt pʒ ſcdm̄
eundem. extra. de iudeis. cū ſit. C. de epi.
et cle. nulli. C. coīa de ſuc. in Auten. om
nes. Ad idem extra. de teſta. tua. §. j. in
Auten. de eccle. titu. ſi autē. coll'. ix. Et
ſatis late iſta ꝑſequit̄. ex̄t. de vſuris. cuʒ
tu. et in p̄dicta decre. de iudeis. cū ſit. et
in ſūma ſua d̄ penitentia. §. vlt̄. circa fi.
Et facit ad hoc. xij. q. ij. precipimus. Tu
dic hanc ſn̄iam eſſe veram in hoc caſu ⁊
in alijs qn̄ nullus deputatus eſt qui hoc
exequat̄. xij. q. ij. de lay̆cis. in fi. ⁊ notat̄
extra. de vͦbo. ſig. cū tibi. in glo. que inci-
pit. Non intelligas. Nam vbi certa ꝑſo-
na a teſtatore deputata ē illa debet exeq̄
vt in predicto. c. de lay̆cis. et. C. de epi. et
cle. nulli. et ex̄t. de teſta. tua. ⁊. c. iohes.

⁊ in Auten. ꝺ ec. titu. §. ſiqs. Jmmo cre
do ꝙ ipe raptoꝛ bona incerta que debent
paupibꝰ dari pt dare ſine lnia epi vel al
terius iudicis eccleſiaſtici. vt ſatis colli
git ext. de vſuris. cū tu. §. j. ꝟ. vel de his
Et hoc etiā innuit clare extra. ꝺ homi.
ſicut dignuꝫ. §. eos. i glo. qꝛ nō. Nec ob-
ſtat extra. de iudeis. cū ſit. Nā illa decre.
loquit nō de xpiano: ſꝫ de iudeo cuiꝰ au
ctoritas ⁊ diſpēſatio merito ſuſpecta ha
betur ab eccl'ia q̄ ad paupes xpianos. ⁊
iō iuſte dicit ſm ꝓuidētiā dioceſani ⁊c.
que ſuſpitio ceſſat in fideli xpiano. et ſic
nō dubito ꝙ epus nō habet ſe intromit-
tere de talibus niſi in defectū. Jdem rn̄-
det dn̄s Symon de fauilla capellanꝰ dn̄i
pape. ⁊ auditoꝛ dn̄i portuen̄. Tho. etiaꝫ
nihil dicit de auctoritate epi. vt pꝫ in p̄-
cedenti. §. A. Qđ hic dicit ſatis verū vi
detur cū iura que dicūt hanc diſtributō
nem debere fieri pauperibꝰ. ſicut eſt di-
ctum. c. cum tu. ⁊ extra. ꝺ homi. ſicut di
gnum. et ſitia. nullam faciāt mentōem
de iſta auctoritate epi. Et ad. c. cum ſit.
ſatis bene rn̄ſum videt. Nō obſtant etiā
alia in cōtrariū allegata: qꝛ in ipis nō
dicit ꝙ requiratur auctoritas epi: ſꝫ ꝙ
epi debent procurare ꝙ fiant huiuſmōi
diſtributōnes in pias cauſas. nō tamen
ꝙ nō poſſint ſine eoꝝ auctoritete fieri.
Jmmo in aliquibꝰ iuribus expſſe dicit
ꝙ epus tūc ſe interponet cum nullus ē
executoꝛ. vel ſi eſt quod debet nō adim-
plet. vt in pall'. l. nulli. ⁊ in. §. ſin autē ꝓ
redēptōne captiuoꝝ. ⁊ in. c. tua. extra.
de teſta. Poſſet tamē circa p̄dicta dici
ꝙ ſi diſtributio eſt bene facta pauperibꝰ
tūc nō vicieť qꝛ defuerit auctoritas epi.
Sꝫ ſi ſit facta aliter et interuenit dolus
vel lata culpa. puta dedit ſuis cōſangui
neis vel amicis qui nihil vel parū indi-
gebant. vel etiaꝫ ſcienter ⁊ doloſe elegit
nō eligendos ꝙ tūc epiſcopꝰ poteſt ſe in
tromittere vt iterum fiat legittime. Nā
ad eius offitium ſpectat ꝓut dictum eſt.
Nec dicit factū qđ aliter factum ē q̄ de-
buit. extra. de re. iur. q̄ ex timore. Et di-
ctū eſt de lata culpa vel dolo. qꝛ ſm Jn-
no. in. c. ſicut dignū. extra. de homi. alia
culpa in foro pnīali nō artat ad reſtitu
tōnem. Sed de hoc lacius dicet in ſe. c.
Jtē puto ꝙ ſiquis male diſtribueret nō
excuſaret qꝛ interuenerit auctoritas epi
Nam epus nō hꝫ ſe intromittere nego-
tio huic. niſi ꝙ bene fiat diſtributō vt di
ctum eſt. Jdeo ambo celeſtes incurrerēt
iracundias. C. de epi. ⁊ cle. ſiquis ad de-
clinandam. ad fi. A.

RESTITUTIO VIJ. Ut ma-
teria hec melius itelligentie. me
morieq̄ꝫ imprimat aliqua ordi
narie. ſumarieq̄ꝫ videnda ſunt. videlicet.
Qui teneant ad reſtitutōneꝫ. Scđo q̄-
tū teneāt reſtituere. Tertio cui. Quar
to qn̄. Quīto vbi. Sexto quibꝰ mōis tol-
lit reſtituendi obligatio.

¶ Ad primū dicendū ꝙ ad reſtitutōneꝫ
aliqui obligant rōne illicite acqſitōnis
Et iſta illicita acquiſitio aliqn̄ eſt reſpe
ctu cauſe aliqn̄ reſpectu ꝑſone que non
p̄t dare ſeu nō p̄t recipe. p̄ſertim cū hoc
contingit in fraudem creditoꝛum. Et de
his dictum eſt ſupra. reſtitutio j. §. xiij.
in additōne. Aliqui obligant ad reſti-
tutōnem rōne dānificatōnis. Jſta autē
dānificatio aliqn̄ cōtingit ꝑ ꝯmiſſionē
aliqn̄ ꝑ omiſſionem. Per cōmiſſionem
ꝟo tollendo. deuaſtando ſeu impediendo.
Tollendo aūt plerūq̄ꝫ contra omēm vo-
luntatē dn̄i rerū. Plerūq̄ꝫ contra libe-
ram voluntatem. Si contra oēm volū-
tatem interdum clam. ⁊ hoc ē furtuꝫ. de
quo dictū eſt ſupra. furtū. Jnterdū pa-
lam. ⁊ hoc eſt rapina. de q̄ ſup̄. raptoꝛ j.
Et iſta rapina aliqn̄ ē maīfeſta. ſicut pꝫ
in aggreſſoribꝰ itineruꝫ. Aliqn̄ coopta
ſub velamīe belli iuſti cū ſit iniuſtuꝫ. de
q̄ ſup̄. bellū j. ij. ⁊. iij. vl' p̄textu iuſte ſen
tentie cū ſit iiuſta. de q̄ ſupra. iudex j. §.
iiij. p̄ſertim ſub coloꝛe repſaliaꝝ. de q̄bꝰ
ſupra. repſalie. vel collectaꝝ ſeu talliaꝝ
de q̄bꝰ ſupra. dn̄s. et īfra tallia. Aut ſub
coloꝛe pedagioꝝ ſiue vectigaliū. de quo
ſupra. pedagiū. Jnterdū ꝟo aliqs acci-
pit rē alteriꝰ nō cōtra oēm volūtatē eiꝰ
ſꝫ ꝯ liberā voluntatē ⁊ hoc ꝑ vim ꝯpul-
ſiuam vel q̄ſi. Uis ꝯpulſiua ē cū quis ꝑ
metuꝫ cogit aliqđ dare. Tunc em̄ acci-
piēs cogit reſtituere. vt. ff. qđ me. cau. ꝑ
totū. Sꝫ nūquid oīs metꝰ cauſet hāc re
ſtitutōem. vr ꝙ nō. qꝛ vani timoris nul-
la eſt excuſatio. ff. ꝺ re. iur. vani. Facit
etiā. ff. qđ me. cau. l. metuꝫ. vbi dicit nō
debere attēdi metū vani homīs: ſed qui

merito in homīe ꝯſtātiſſimo cadat. In
ꝯtrariū facit. q2 etiāſi null9 īteruenirat me-
tus: ſ3 ſolū ob timorē reuerentie aliqd
detē cōtra voluntatē dantis. datē repeti-
tio. l. j. §. que onerāde. ad fi. ff. quaꝝ re-
rū actio nō datē. Ergo multomagis qn̄
īteruenit met9 qliſcūq3. q2 metus magis
ꝯtriatē volūtati dātis. ⁊ demōſtrat maio
rem turpitudinē ⁊ delictū in accipiente
Vn̄ qn̄cūq3 n̄ adeſt oīno libera volūtas
dn̄i rerū ſeu creditoris. re3 accipiēs ſeu
debitū nō ſoluēs. ſemꝑ remanet obliga-
tus ad reſtitutōem. vt ⁊ p3 ſupra. reſti-
tutio j. §. pl't cū additōe. Ad ꝯtriū p̄t di-
ci q' aut ꝯditio metuētis nō fit deterioꝛ
Etſi nō adeſt iuſtus metus ei nō ſubue-
nitē. extra. de his q̄ vi. c. pl't. vbi dr̄ de re-
ligioſis quibuſda3 q̄ iurauerīt trāſire ad
artiorē religionē nō ꝑ iuſtū metū. licet
aliquātulū circūuēti fuerīt. qbꝫ nō ſub-
uenitē: q2 eoꝝ cōditio nō fit deterioꝛ. Et
hāc rōem ſentit ibi glo. Si aūt metuen
tis ꝯditio fieret deterioꝛ. tūc ſi habetur
reſpectus ad p̄ſūptōem. etiā verū eſt q'
ei nō ſubuenitē. Nā cū nemo p̄ſumatur
facile iactare ſuū. ff. de ꝓba. l. cū de inde-
bito. p̄ſumitē q' qn̄ nō interuenit iuſtus
met9. poti9 ſponte q̄ coacte dederit. Et
iſto caſu loquūtē iura q̄ reqrūt metu3 q̄
caderet in ꝯſtantē. Si vō loquamur de
volūtatis veritate: puta. q2 ꝯſtat de vo
luntate ꝯtria dantis. tūc oīno q̄cūq3 me
tu duct9 fuerit recipiens ad reſtitutōe3
tenetē. vt ſatis colligitur ex p̄dictis. Etſi
affuerit metus q̄ caderet in ꝯſtantē nō
ſolū tenetē recipiēs reſtituere: ſ3 etiā q̄-
cūq3 alius ad quē dicta res ꝑuenerit q̄-
cūq3 titulo etiā oneroſo: q2 hec actio in
rem ſcripta eſt ⁊ trāſit res affecta. ff. qd
me. cau. l. metū. §. cū aūt. Itē in hoc ca
ſu metus debet iudicari ſm ꝯditōem ꝑ-
ſone. vnde aliter iudicatē in muliere q̄ ī
viro. vt notat glo. in. c. cum locum. ex-
tra. de ſpon. ⁊ ꝑ ꝯſequens aliter in hoīe
duro ⁊ forti. ⁊ aliter in fragili et molli.
vt in ſū. li. iiij. ti. xj. q. iiij.

¶ Quaſi ꝯpulſiua vis ē qn̄ null9 inter-
uenit metus. ſ3 tn̄ cōtra voluntatē dan
tis aliqd extorquetē: puta ob reuerentiā
vt ſi patron9 petit aliquid a liberto: qd
libertus cōcedit nō volūtate mera: ſed
ob reuerentiā ex qua nō audet negare.
Na3 patronus tūc tenetē ad reſtitutōe3
dicta. l. j. §. que onerande. ad fi. ff. quaꝝ
rerū actio nō datē. vbi etiā dicit glo. idē
eſſe in vxore ⁊ marito. ⁊ q' vxor p̄t reuo
care venditōem factā ob reuerentiā ma
riti vel etiā renūciatōem iuris ẏpothe-
ce. Et idem dicit in clerico q̄ renūciauit
p̄bende ob reuerentiā epi. vt ipa3 renū-
ciatōnem poſſit reuocare. Idem putarē
in dn̄o ſeu rectore vel officialibꝫ et ſub-
ditis et idem in ſilīibus. Et ſic q̄cūq3 mō
poſſumus ꝯp̄hendere nō eē de mera vo-
luntate cōcedentis ad nos deuenire qd
al' nobis nō debetē. iniuſte tenemus ⁊ ad
reſtitutōnem obligamur. vt ſatis ex p̄-
dictis colligi poteſt.

¶ Sed quid ſiqs cōcedit d ſuo alicui ob
ſolam importunitatē petentis ⁊ non ob
reuerentiā vel aliam cauſa3: Rn̄. Vide-
tur q' ⁊ iſto caſu teneatur recipiens ad
reſtitutōem cū nō habeat ex mera volū
tate concedentis. In contrariū facit. q2
aliud eſt in cōcedendo nō habere mera3
voluntate3. et aliud q' expoſt facto effi-
tiatur volens qui in principio fuit no-
lens. ſicut Luc. xj. legitur de amico qui
ab alio amico habuit panes propter ī-
portunitate3 petendi: qui nō potuit ha
bere in prima petitione. Poteſt tamen
diſtingui q' ſi donans expoſt facto effi-
ciatur mere volūtatis. donatio fit iuſta
quia vult cum donat. quod ſatis eſt. Sed
ſi nec tempore datōnis eſt mere volun-
tatis: ſ3 ideo dat vt tollat a ſe inquietu-
dinem importune petentis. recipiēs te-
netur ad reſtitutōnem. ⁊ hoc p̄ſumitē in
dubio ꝑ quo facit. C. de peti. bo. ſubla. l.
j. li. x. vbi ꝓhibetē ne petantē a principio
bona dānatoꝝ que ſūt fiſco acquiſita.
Etſi aliqs obtinuerit ſibi cōcedi nō va-
let conceſſio. q2 p̄ſumitē ꝑ importunita-
tem obtenta. Ad ide3 extra. de reſcrip.
c. fi. li. vj. Fallit in paupere importune
petente ab eo qui p̄t ei ſubuenire. q2 tūc
nō datē repetitio. imo d3 dās puniri de
tardatōne. ⁊ ita loquitē qd ponitē Luc.
xj. ⁊ Math. xxv. Sed quid ſi concedit ali-
quis alteri de ſuo quia ſperat ſibi ſerui-
ri in aliquo ab eo cui concedit: Rn̄. hāc
cōceſſionem eſſe licitam. Sed ſi accipiēs
intelligit ſibi conceſſum ex illa cauſa et
poſſit ſibi honeſte ſeruire ⁊ nolit. puto q'

teneať ad reſtitutõem: qꝛ deficit cauſa
ꝯceſſiõis ⁊ icipit hr̃e ꝯ̃ volũtatẽ ꝯceden
tis. Nõ ob. l. ſi repetenti. C. de con. dato
ob cauſã vbi ꝯditio ĩ corde retẽta nõ in
ducit repetitõem: qꝛ aliud ẽ de iure poli
vbi iudicať ſecretũ ꝯſcie. ⁊ aliud de iure
fori vbi regulariť nõ iudicať de intriſe
cis. extra. d̃ ſymo. c. fi. Al' quilibꝫ poſſꝫ
dicere. Cogitaui talẽ cãm. ⁊ lites fierẽt
ĩfinite Propterea aliud iudicať de iure
poli. xvij. q. iiij. c. fi. Vel etiam q̊ ad ius
fori p̃t dici ꝙ loquiť qñ ꝯditio nõ appa-
rebat. Sec' ſi apparẽt v̓bis vel alio mõ
ff. ſi cer. pe. l. certuꝫ. vbi dr̃ nõ intereſſe
an ꝓprijs noĩbꝫ res demõſtreť an ex cir-
cũſtantijs. Et idõ ſi recipiẽs nõ deſerui-
ret vel nõ poſſet deſeruire ĩ eo qd̓ dans
ſꝑabat. ſi a pricipio ſciebat ꝯditõem in
eſſe: teneť ad integrã reſtitutõem. ſicut
ſi cauſa eẽt exꝓ̃ſſa. vt pꝫ ex p̃dictis. Sꝫ
ſi nõ ĩtellexit ꝯditõem ineſſe niſi p' ꝯſũ-
ptã rẽ datã. nõ teneť niſi inq̃tũ ex ipa
tur ſciat cōditōnem ſuam. ff. quibꝫ ad li-
ber. ꝓcla. nō licet. l. qui ſe. A. Hec lex nō
videt̃ ibi hr̄i. B. Sextum q̄ vēditoꝛ ſciat
ip̄m eſſe liberꝝ. ff. quibꝫ ad liber. ꝓcla. nō
licet. l. iiij. A. In hac. l. paꝝ videtur hoc
ꝓbari. Predicta tñ ſex requiſita notātur
etiam in ſū. li. iiij. ti. iiij. q. xvj. ſm Hoſti.
Goff. ꝛ Azo. B. Si aliqđ iſtoꝛuȝ deficiat
iure coī in ingenuitateȝ reuocatur. Qꝫ ſi
nihil deficiat. ꝛ ſi poſtea manumittat̃ nō
fit ingenuus ſed libertus. ff. de ſta. ho. hō
liber. niſi reddat domino precium. ff. ſi ī
genu. manu. l. ij. rñſo primo. Quod tamē
precium dominus inuitus non cogit̃ re-
cipere ſm quoſdam. A. et in dicta. l. ij.
videtur hoc tenere glo. B.

Qualiter ſerui efficiantur liberi? Re.
ſm Hoſti. Multis modis. Uno modo per
manumiſſionē. Uide ſupra. manumiſſio.
§. fi. Item fit aliquis liber ſi eum langui
dum dominus expoſuit. vel ei alimenta
negauit. vt ſupra. expoſitus. Iteȝ quādo
aliquis vendit ancillam ne ꝓſtituatur. et
emptoꝛ facit contra. fit libera. Item ſi ſer
uus pileatus incedit ante cadauer domi-
ni dum defertur ad ſepulturam. Item ſi
poſtq̃ lata eſt ſententia ꝯtra illuȝ qui di-
cebatur ſeruus dominus poſtea pro ipſo
preciuȝ recipiat. Item ſi dominus ancil-
lam in mr̃imonio collocauit ſcribēs pro
ea dotem. Item ſi ſeruum appellauit filiū
actis interueniētibus quaſi in figura iu-
dicij. Item ſi dedit ſeruo inſtrumentum
per quod eius ſeruitus ꝓbatur. ꝛ alijs ca
ſibus qui habentur. C. ex qui. cau. ſer. ꝓ.
pre. liber. acti. ꝑ totuȝ. A. Ibi de ꝓ̄dictis
cauſis parum videtur dici. ſed ponuntuꝛ
alie cauſe ex quibꝫ ſerui ꝑueniunt ad li-
bertatem. ꝛ alie etiā ponūtuꝛ. ff. qui ſine
ma. ad liber. ꝑue. ꝑ totum. Sed hec paꝝ
faciūt ad foꝛum penitentiale. B. Item ſi
iudeus xp̄ianum mancipiū emerit. vt ſu-
pra. iudeus ij. §. j. ꝛ extra. de iude. c. fi. De
ſeruis iudeoꝝ et ſarracenoꝛum. vide ſup̄.
iudeus ij. §. j. A. ꝯiunctis additōnibꝫ. B.
Et quia ſeruus manumiſſus dicit̃ liber-
tus. facit ad hoc ſup̄. libertus. ꝑ totum.

SEruus ſecundo. q̄tuȝ

ad oꝛdinatōnem. Nullus ſeruus
ſiue priuati ſiue eccleſie oꝛdina-
ri debet. niſi prius manumittat̃. diſ. liiij.
c. j. ij. ꝛ. iij. Et ratio eſt ſuilis vtilitas atȝ
clericalis dignitas. diſ. liiij. admittuntuꝛ
extra. de ſer. nō oꝛdi. de ſeruoꝝ. A. Alia
rō eſt qꝛ debet eſſe īmunis ab alijs q̃ dīne
militie eſt aggregādꝰ. vt a caſtris dñicis
nulla neceſſitate abſtrahat̃. liiij. diſ. ca. j.
B. Et hoc intellige verꝫ in omni genē ſer
uoꝝ. de quibꝫ etiā habes ſup̄. ſeruꝰ j. §. ij.
A. ꝛ ibi de hoc dictum eſt. B.

Utruȝ ſeruus eccleſie liberatus poſſit
oꝛdinari retento iure patronatus? Re.
ſcđm Ray̆. Sic dico retento iure quo ad
hoc q̄ non iniurietur eccleſie. nec accu-
ſet illam. nec teſtificetur contra eam. diſ.
liiij. qui ex famulis. A. Hoc. capi. parum
facit quo ad hoc ſed bene faciunt iura in
fra. allegata. B. Immo etiam ſi ſimplici
ter fuerit manumiſſus tenetuꝛ ad predi-
cta. aliter reuocatur in ſeruituteȝ. xij. q.
ij. dy̆aconi. ꝛ. c. epiſcopus qui mancipiū
ꝛ. c. liberti. et. c. octaua. extra eo. ti. de fa-
mulis. Dicūt etiam quidaȝ q̄ tenetur q̃
ad alias honeſtas operas licet nō ſint no
minati impoſite. vt in dcō. c. dy̆aconi. et
ſilibꝫ. A. Hec iura ſatis videntur ad hoc

facere.B.non tñ tenetur ſeruire eccleſie ꝑpetuo in officio clericali.niſi expſſe di-ctũ ſit in ipa manumiſſione et ordinatõe extra eo.eo liberti⁹.Et poſito ꝙ fuerit ex-pſſum.nõ tñ reuocabitur in ſeruitutẽ ſi non vult in illa eccl'ia ſeruire in diuinis officijs.niſi admonitus ꝑduraret in ꝯtu-matia.extra eo.nullus clericus.A.Idem in ſũ.lib.iij.ti.xvij.q.j.De bonis aũt liber torꝫ eccl'ie vide ſup̃.libert⁹.§.fi. B.

¶ Utrum ſeru⁹ priuati liberat⁹ poſſit or-dinari retẽto iure pronatus? Re.ſm Raij Non debet ordinari.niſi prius cõſecutus fuerit a dño plenã libertatem.ita ꝙ non teneatur pſtare patrono opas.nec fabri les que ꝯſiſtũt in faciẽdo.nec obſequia-les que ꝯſiſtũt in nõ faciendo.diſ.liiij.c.j.ꝛ.ij.ꝛ.c.quicũqꝫ.ꝛ.c.vlt.A.Con.Ul.vt in dicta.q.j.B.Sed vtrum dñs poſſit ĩ tali liberto retinere opas ſpũales.Dicen dum ſm Hoſti.vt vitet̃ omne ꝯtrariũ.ꝙ hoc onus erit imponendũ in ipa manu-miſſione añ ordinatõnẽ.ꝛ ſic in ipſa or-dinatõne poterit onus iam impoſitũ de-clarari.extra.de elec.ſignificaſti.ad fi.et extra.de pben.ſignificatũ.Et ſi talit̃ or-dinatus nõ fuierit poterit degdari.liiij.diſ.frequẽs.ꝛ.c.quicũqꝫ.extra eo.null⁹.Si tamen factus fuerit ſacerdos nõ fiet ſeruus domini olim ſui.Idem Goff.ꝛ In no.A.Si vo non ſit factus ſacerdos vi-detur ꝙ poſſit in ſeruitutem etiam priua ti reuocari ſi non ſeruierit in diuinis pro vt tenetur.ar.hic a ꝯtrario ſenſu.facit in ar.etiam dictuꝫ.c.frequens.adhibita tñ moderatõne de qua in.§.ſe.Et idem etiaꝫ qđ hic notatur in ſũ.eo.ti.q.ij. B.

¶ Quid ſi ſeruus fuerit ordinatus non accepta libertate? Reo.ſm Raẏ.Si fuit ordinatus dño ſciente ꝛ non ꝯtradicente eoipſo ingenuus fit.diſ.liiij.ſi ſeruus ſci-ente.Et hoc verꝫ eſt ad quoſcũqꝫ ordines fuerit ordinatus.Idem Goff.ꝛ Inno.Si vo dño ignorãte vel ſciẽte ꝛ ꝯtradicente.A.Hic vt patet in ſũ.eo.tit.q.iij.diſtin-guendum eſt.quia aut ordinatore vel pñ tatore ſciente ꝯditionẽ ordinandi ordia tus eſt.aut neſciente.In pmo caſu ordi-natus remanebit in ordine.ſed ordinator vel pñtator debet ꝯdemnari domino ĩ du plum.diſ.liiij.ſi ſeruus abſente domino.ꝛ hoc ſi alter tm̄ ſciuit.Si vo ambo ſciue-runt.dabit vnum pſentatorꝛ alium or-dinator.Sed ſi neuter habet vnde ſoluat poterit dominus ſibi poſtulare illũ reſti-tui.ar.diſ.liiij.ex antiquis.In ſcđo caſu cum ordinatus eſt ordinatore vel pñtato re ignorante ꝯditionẽ eius.fit qđ ſeq̃tur B.tũc ſi ordinatus eſt in ſacerdotẽ rema nebit in eodem ordine.peculio ſi qđ habꝫ dño reſtituto.Qꝫ ſi non habet peculium nec eſt qui redimat ipm.debet ſuo domi-no reddi ad ſeruiendum ei in ſeruitijs q̃ ordinem ſuum deceant vt horis canoni-cis.miſſa.ꝛ huiuſmodi.liiij.diſ.frequens Qꝫ ſi cõtumax hoc renuat.deponi debet.extra eo.nullus.in fi.Si vo ordinatus ẽ in dẏaconum.dabit p ſe vicarium.et ipſe remanebit in ordine.Al' reuocabitur in ſeruitutem niſi aliquis vellet eũ redime-re.ꝛ idem intellige de ſubdẏacono.extra eo.miramur.In alijs ordinib absolute in ſeruitutem reuocabitur.liiij.diſ.nul-li.ꝛ.ca.ex antiquis.Satis ꝯcor.Goff.et Inno.A.Concor.etiam Pe.vt in dicta.q.iij. B.

¶ Infra quod tempus poſſit domin⁹ ſer-uum ordinatum reuocare? Re.ſm Raẏ.Reuocare poterit infra annum a tẽpore ſcientie domini.ar.xvij.q.ij.ſi quis inco-gnitus.A.Coniuncto.c.ſi ſeruus ſciente liiij.diſ.B.Item Goff.Hoſti.ꝛ Pe.A.Hug.aũt dicit.ꝙ ꝯputatur a tempore or-dinatõnis in fauorẽ ordinis.vt in ſũ.eo.ti.q.vj.Sed prius dictũ verius videtur.ar.dicti.c.ſi quis incognitus.B.Et ratõ q̃re clericus nõ põt repeti vltra ãnũ.cũ ſeru⁹ ingreſſus religionẽ poſſit repeti in fra triẽnium eſt iſta.quia clericus coĩter publice manet.monachus vo ſecrete.A.Hec rõ fuit Inno.vt patet in dicta.q.vj.B.Et pdictũ pũctum ꝺ religione habes ſup̃.religio ij.§.iiij.ꝛ.v.

¶ Pone ꝙ ſeru⁹ qui ordinat⁹ fuit reſtitu tus eſt dño ſuo.nunquid licebit dño ma nus inicere in eũ? Re.ſm Inno.Nõ.al' in cideret in canonẽ.xvij.q.iiij.ſi quis ſua-dente.Sed nec tali ſeruo licebit ꝯtrahere mr̃imonium ꝓpter votuꝫ qđ intelligit̃ fe-ciſſe in ſuſceptõne ordinis ſacri.extra.de ꝯuer.ꝯiu.quidẽ.lxxxiiij.diſ.cum in prete rito.et ꝓhibendus erit per epm.ar.xcvj.diſ.ſi impator.Alijs aũt priuilegijs clerica libus nõ gaudebit.extra.de cle.coniuga.

Johannes. ⁊ ca. ſe. Jdem in omni genere
ſeruoꝝ. liiij. diſ. frequēs. A. Jnno. clariꝰ
loquitur ſic. Jdē dicimꝰ in originarijs. et
aſcripticijs ⁊ in oībus qui ꝯditōne ſeruili
vel rōcinio vl' cyꝛocinio ſūt obligati. liiij
diſ. frequēs. Jdē etiam in libertis ſi aliqd
obſequiuʒ patronꝰ ſibi rtinuit. liiij. di. q̄-
cūqʒ. Jdē etiā in obligatis functōnibꝫ. i.
publicis officijs. lj. diſ. ꝑterea. et in dicta
q. vj. B.

¶ Sed q̄liter ſeruus ordinatus ſiue ꝯſe-
cratꝰ reddiṫ dn̄o. cū alia res ꝯſecrata nō
reddaṫ vt. xiiij. q. vlt. ꝯperimꝰ: Reſ. Du-
plex eſt rō. Una. qꝛ in rebꝫ alijs et maxie
inaīatis que ſole ꝯſecrātur nullus ē dolꝰ
ſed ī hoīe ſic. Alia qꝛ ī rebꝫ inaīatis ꝯſe-
cratō eſt in ſupficie. ⁊ ideo nō debēt a ma
nu ꝓphana tractari. in hoīe vō eſt aīa q̄
tangi non poteſt. xxxij. q. vij. licite. Con.
Goff. ⁊ Hoſti. A. ⁊ Al. ⁊ Pe. Et fuit prin-
cipale dictū Ray. vt ī ſū. eo. ti. q. vij. B.

SEruus tertio. quoad
mr̄imonium. Utrum ſeruus ſine
ꝯſenſu domini poſſit mr̄imoniuʒ
ꝯtrahere: Re. ſm Tho. in. iiij. diſ. xvj. Si
cut ſeruus nō ſubditur dn̄o. quin libere
comedere ⁊ dormire poſſit. et alia hꝰ facē
que ad neceſſitatē corpis ꝑtinent ſm na
turam. ita etiam nō ſubditur ei q̄tū ad
hoc q̄ nō poſſit libere mr̄imonium ꝯtra
here etiam eo neſciente aut contradicen-
te. Unde et ſi dominus oppoſitum precipe
ret non teneretur ei obedire nec de ꝯtra-
hendo. nec etiam de continendo. quia in
vtroqʒ ſui iuris eſt. ⁊ tenet mr̄imonium
Debēt tn̄ nihilominus debita ſeruitia do
minis exhiberi. extra. de ꝯiug. ſer. c. j. A.
Con. Pe. ⁊ Al. ⁊ Ray. ⁊ glo. vt in ſū. lib.
iiij. ti. iiij. q. viij. ⁊ ſe. B.

¶ Pone q̄ dominus aliquid precipit ſer
uo coniugato. ⁊ eodem tempoꝛe vxoꝛ pe-
tit debitum vel econuerſo: Reſ. ſm Ray.
Credo q̄ ſi contraxerit ſeruus domino ſci
ente. debet reddere debitum. qm̄ cum do-
minus conceſſit principale ſcilicet matri
monium. intelligitur conceſſiſſe acceſſo-
ria. extra. de offi. dele. ꝑterea. in fi. Si vō
ꝯtraxit ignorante vel ꝯtradicente domio
dn̄i mandatū debet implere. niſi ꝓbabiliṫ
timeat ꝑiculuʒ adulterij ex dilatōne. vel
niſi magnum fiat ꝑiudicium vxori. Con.
Tho. Pe. Jnno. et Hoſti. Addit qʒ Tho.
q̄ oportet diuerſas circunſtantias atten
dere. vt ex his cōſideretur cui magis vel
potius in tali vel tali caſu ſit obediēduʒ
Jdem Hoſti. Et vide infra. §. vlt. A. Jdeʒ
in ſū. eo. ti. q. x. B.

¶ Quid ſi ꝯiuges ſcʒ ſerui habent diuer-
ſos dn̄os diuerſaꝝ regionū. ita q̄ nō poſ
ſunt cōuenire ad officium cōiugale: Reſ.
ſm Goff. Ut euitetur fornicatōis matēia
cogetur ꝑ eccleſiam alter dn̄orū vendere
alteri volenti emere. vel ſi neuter vult e-
mere cogantur vendere cuilibet extr̄neo
in ꝓuintia ꝯſerui. vel venalem exponere.
⁊ ſi nullus appareat emptoꝛ emat eccl'ia.
ar. liiij. di. fraternitatē. A. Jdeʒ in ſū. eo.
ti. q. xij. B.

¶ Quid ſi dominus ſeruū ꝯiugatū vult
vendere in remotam regionem: Reſ. ſcōm
Wil. Prohibenda eſt talis venditio. ſed
cogi debʒ dominus alij vendere eū bonas
ꝯditiones afferenti. Intereſt enim reipu
blice ne quis re ſua male vtaṫ. in Jnſti. de
his qui ſui vel alie. iuris ſunt. §. pl't. Cō.
Tho. Pe. ⁊ Jnno. A. licʒ Ala. aliud dixe
rit. vt in ſū. eo. ti. q. xj. vbi etiam patet q̄
predictis con. etiam Hoſti. dicens q̄ pre
dicta obtinent qn̄ ambo ſūt ſerui. Et id
quod ſequiṫ nō fuit Hoſti. ſed Pe. vt ibi
B. Sed ⁊ Hoſti. addit. q̄ ſi matrimoniū
fuerit factū ſine licētia dn̄i. ⁊ nō habʒ in
alio loco iuſtū emptorē. poſſet eum ven-
dere in remotis. aliter nō dʒ hoc facere.

¶ Utrum ſeruitus poſſit venire pꝰ matri
monium: Re. ſm Tho. ⁊ Pe. ſic. Uir enim
licet ſit in ꝑtāte vxoris in his que ꝑtinēt
ad redditionem debiti. in alijs omnibus
eſt ſui iuris. Unde in redditione debiti ꝑ
hoc non debet preiudicium vxori fieri. ſi
forte dominus precipet aliquid eadē ho-
ra. quia magis eſſet obediendūʒ vxori q̄
dn̄o. Uxoꝛ tn̄ ſine ꝯſenſu viri ſe in ancil-
lam vendē non poſſet quia vir caput eſt
mulieris. Con. Al. A. Jdeʒ in ſū. eo. ti. q.
xiiij. B. Et vide ſup̄. §. ij. Utꝝ ſeruꝰ qui fu
erat ordinatus. ⁊ nūc eſt reſtitutus poſſit
ꝯtrahere mr̄imoniū. vide ſup̄. ſeruꝰ ij. §.
j. Quō ꝯditio ſeruitutis impediat matri-
moniū habes ſup̄. impedimentū iiij.

SImonia primo cōmu
niter. Symonia eſt ſtudioſa vo-
luntas emendi vel vendendi ali-
quid ſpirituale. vel ſpirituali annexum.

Hic diffinitur a Tho. in. iiij. ſen. diſ. xxv.
⁊ i ſcđa ſcđe. q. c. Similiť et ab alijs. A.
ſcilicet theologis et iuriſtis coiter. vt in
ſum. lib. j. tit. j. q. j. Et facit. j. q. j. qui ſtu-
det. B. Et quod dicitur ſpūale intellige
vt ordines ⁊ alia ſacramenta. Quod aūt
dicitur ſpūali annexum. intellige vt que
dam que non ſunt ita ꝓprie ſpūalia. ſʒ ſūt
ſpiritualibus adiuncta ⁊ quaſi alligata.
vt eſt ius patronatus. et hmōi. Et ſi non
addas. ſpūali annexum. ſufficit ſm Raÿ
A. Nam ⁊ ānexa ſpūalibꝫ largo modo di-
cūtur ſpūalia. vt in dicta. q. j. ⁊ hic ſequi
tur. B. quia omnia talia poſſūt intelligi
per id qđ dicitur. aliquid ſpūale. Et no-
ta ꝙ noīe emptōnis vel venditōnis intel-
ligitur omnis ꝯtractus nō gratuitus. ꝑ-
ter ꝑmutatōnem. A. Idem in dicta. q. j.
Et facit. j. q. j. ſunt nōnulli. B. de qua ſu-
pra. ꝑmutatio. A. Ibi patet qñ in talibꝫ
poſſit fieri ꝑmutatio. ⁊ qualiter. B. Un-
de nec tranſactō poteſt fieri ſuꝑ ſpūalibꝫ
extra. de trāſac. ſuꝑ eo. De trāſactōe vide
infra. tranſactō. §. ij. A. Et ibi patet qua
liter poſſit fieri in ſpiritualibus. Et adde
ſm Tho. ſcđa ſcđe. q. c. arti. j. ꝙ volūtas
dicitur. quia iuſticia ⁊ oīs ꝑtes eius et
ꝑ ꝯſequēs omnia oppoſita ſūt in volūta-
te ſicut in ſubiecto. ⁊ ideo ꝯuenienter ſy-
monia ꝑ volūtatem diffinitur. Facit. ff.
de iuſti. ⁊ iuř. l. iuſticia. Utrum aūt ꝑ ſo-
lam volūtatem ꝯmittať ſymonia tange
tur infra. §. iiij. Item diciť ſtudioſa ſcđm
Tho. in dicto. arti. j. ad deſignandūʒ ele-
ctōnem que ꝑncipaliter ꝑtinet ad virtutē
⁊ vitiuʒ. ⁊ talis electio ſufficit etiam ſi ſit
ex volūtate nō libenti vel etiam coacta.
extra eo. Mathe⁹. et ibi glo. niſi forte ſit
coactō ꝑciſa. exť. qđ me. cau. c. ſacris. Et
ſubdit Tho. ibidē. Nō aūt oīs ꝗ peccat
electōne: peccat in ſpūſcťm. ſed ſolū qui
pcťm eligit ꝑ cōtēptum eoꝝ ꝑ que hoīes
ſolent retřhi a peccādo. Diciť ꝙ ſtudioſa
qñ ex ipſa volūtatis electōne ꝓgrediť ad
exteriorē actū. vt in ſū. eo. ti. q. v. Hoſti.
autem clarius diffinit ſic. Symonia eſt
ſpūaliū vel ānexorum ſpūalibꝫ ꝑcedente
pacto ꝓmiſſionis. ꝯditōnis. modi. ſeruitij
precū. vel cuiuſuis tꝑalis receptō vel do
natō. vt in ſum. eo. ti. q. j. B.
¶ Utrum ſymonia ſit hereſis: Reſ. ſcđm
Tho. in. iiij. diſ. xxv. Symoniaci nō ſunt
ꝓprie ⁊ ꝑ ſe loquendo heretici. cum nō ha
beāt aliquā falſaʒ opinionē. ſed dicūtur
heretici ꝓpter ſimilitudinem actus. qꝛ ita
oꝑanť ac ſi extimarēt donū ſpūſſcťi pecu
nia poſſideri. que extimatō eſſet heretica
A. ⁊ quia etiā in ꝑmo auctore Symone
ex mala radice īfidelitatis pullulauit. cui
dictū eſt. Extimaſti donū dei pecunia poſ
ſideri Act. viij. ſm Ar. ⁊ in ſū. eo. ti. q. ij.
B. Unñ Greg. in regiſtro dic. Cum oīs
auaritia ſit ẏdoloꝝ ſeruit⁹. quiſqs hanc
in eccl'iaſticis dignitatibꝫ dādis non pre
cauet. infidelitatis ꝑditōni ſubiciť. etiaʒ
ſi fidē quā negligit. tenere videatur. j. q. j.
Cū oīs. Et iteꝝ dicit. ꝙ īpia hereſis mace
donij tolerabilior ē ꝙ̄ ſymonia. j. q. j. eos.
A. Et ibi patet ꝙ hoc nō fuit dictū Gre-
go. ſʒ Tharaſij ꝯſtantinopolitani epī. B
Et cetera crimīa in ꝯꝑatōne ſymoniace
hereſis quaſi ꝑ nihilo reputātur. j. q. vl.
c. fi. Pñt quoqʒ ꝓprie ⁊ ꝑ aliū modū qui-
dam ſymoniaci dici heretici ſcʒ tenentes
quēdaʒ errorē eiuſdē Symonis ꝗ dixit ꝙ
mūdus iſte nō erat creat⁹ a deo. ſed a ꝗ-
dam ſuꝑna virtute. vt dic ẏſidor⁹. ix. ethij
mologiaꝝ. A. Idem in dicta. q. ij. B.
¶ Quare ſymoniaci potius dicuntur a
Symone qui voluit emere donum dei ꝙ̄
giezite a Giezi qui vendidit donum dei:
Reſ. quia magis completa fuit ratō hui⁹
peccati in Symone ꝙ̄ in Giezi. Nam Gi
ezi ſolum vendidit donum dei. at Symon
et emere voluit et vendere intendit. j. q.
j. ſaluator. Con. Tho. ſcđa ſcđe. q. c. Con.
etiam Pe. ⁊ Ar. vt in ſū. eo. ti. q. iiij.
¶ Utrum ſola voluntas faciat homi-
nem ſymoniacum: Reſ. ſm Raij. ⁊ alios
tam iuriſtas ꝙ̄ theologos. Quedaʒ ſunt
probibita quia ſymoniaca. vt emere vel
vendere ſacramenta et huiuſmodi. et in
iſtis ſufficit ſola voluntas. Et intellige
ſm Pe. quo ad forum diuinum. ſed quo
ad forum humanum ſi in nullum actum
exiuit neqʒ faciendi neqʒ paciſcēdi. nō di-
ceretur ſymoniacus. et ſufficit ꝙ penite-
at. Quedam ſunt ſymoniaca quia prohi
bita ſcilicet per conſtitutionem eccleſie.
vt cum quis renunciat eccleſie vt detur
alteri. puta nepoti ſuo. Similiter ſcđum
Goff. vendendo vicariam. caſtaldionatū.
aduocatiam. ẏconomatum. et huiuſmōi.
extra eo. ad noſtrā. j. q. j. ſi quis epiſcop⁹

ij.q.iij.ſaluator.⁊ in his non ſufficit ſola
voluntas ſiue appetitus quibaȝ. niſi pro-
cedant in actuȝ.extra.de offi.dele.ex pte
pmo. A. Idem in ſū.eo.ti.q.v. B. Sed et
hoc intellige. q̧ ſi volūtas deliberata hic
fuit.ita q̧ p eum nō ſtetit.iterū eſt ſymo-
nia in foro diuino.ſed nō in humano.et
ſic tale pctm̄ p penitētiam abolet̄. extra
eo.mādato. A. In hoc etiam videt̄ con.
glo.Ray̆.vt in dicta.q.v. Et hoc verū vi-
det̄.q2 etiam circa talia puta erga bene-
ficia ſola intentō ɔſtituit culpabilē apō
deū.licet nō q̄ ad iudicialē punitōneȝ ec-
cleſie.ext̄ eo.tua. Symonia tm̄ mentalis
tm̄.ſola pnīa abolet̄.nec obligat ad r̄ſti-
tutōneȝ acceptorū dicto.c.mādato. Sec⁹
in vſuris in quib⁹ etiā ſola intentio vſu-
raria obligat ad reſtitutōeȝ in foro pnī-
ali.vt ⁊ notat glo.in dicto.ca.mādato.et
facit extra de vſur.ɔſuluit. Ratō autem
pōt eſſe.quia in vſura leditur deus ⁊ hō.
deo ſatiſfit p pniaȝ. homī vō p reſtitutōȝ
In ſymonia vō ſimplicis intentōnis non
leditur ps q̄ ſponte ⁊ ſine coactōe preſtat
immo poti⁹ ipa ledit deū turpiter agēdo
nec leditur eccleſia militans que tm̄ iudi
cat de manifeſtis.dicto.c.tua.ſed ſol⁹ de⁹
cui p ſolā ſatiſfit pniam.ext̄ eo.c.fi. B.

¶ Utrum ad hoc q̧ ɔmittatur ſymonia
requiratur q̧ ſit expreſſum pactum? Re.
Non.nam ⁊ Giezi ſymoniacus fuit. licet
pactum aliquod non fecerit.nota. extra
eo.ſuper ſpecula. A. Hoc.ca.habetur in
ti.de mgr̄is. Et dic hoc verum quo ad fo
rum diuinū. Secus quo ad iudiciale.ex-
tra eo.c.fi.⁊ patet ex dictis in.§.p̄ceden-
ti.niſi interueniret exactō.extra eo.ſicut
pcerto. B. Sed de ſymonia mentali vide
ſup̄.renūciatō ij.§.j.

¶ Quot modis ɔmittitur ſymonia? Reo.
ſm̄ Ray̆. Una diuiſio eſt p munera q̄ dā-
tur. Nam aut datur munus a manu.aut
ab obſequio aut a lingua. de quibus ha-
bes ſup̄.mun⁹.§.j. Alia diuiſio ex pte cō
mittētiū ſic. Symoniaca ordinatio vel a
lia huiuſmodi ſpiritualium datio. aut ē
ex pte ɔferentis tm̄.vt qñ ɔferēs mihi a-
liqd̄ ſpūale recipit tpale me ignorante.
Aut ex pte recipiētis tm̄.vt ſi ego recipi-
aȝ ſacr̄m nō quidē dādo aliqd̄ ɔferēti ſed
alicui ſuo ɔſiliario. Aut ex pte vtriuſq;
ſ.qñ ordinād⁹ dat aliqd̄ ordināti. Aliqñ
ex parte neutrius.vt ſi amicus meus me
ignorāte det aliquid amico ſiue ɔſiliario
epī.vt me ordinet.epō etiaȝ ignorante j.
q.j.ſtatuimus.⁊.c.ſi quis a ſymoniacis.
A. Idem in ſū.eo.ti.q.vij. B.

¶ Utrū ſit ſymonia ſi aliquid gratis det̄
p ſpiritualib⁹.vel recipiatur? Re. Si pei-
tus ſpōte offeratur.nō eſt ſymonia .j.q.
j.quicquid iuiſibilis. Ubi nota ſm̄ Wil.
q̧ ſi hec p̄poſitio pro.notaret appreciatio-
nem ſeu ɔmutationem ſic nunq̄ tēpora-
le eſt dandū p ſpūali.nec econtrario. Si
aūt notet cauſam finalem. vt ſit ſenſus.
Iſte dedit denariū p ſacr̄o.i.ꝓpter reuerē
tiam ſacramēti.licite pōt fieri. Et eodem
q̄ȝ modo ſi notet cām efficienteȝ. vt ſit ſē
ſus dedit p ſacramento.i.p deuotōe quaȝ
habuit ad ſacramentū.fieri pōt. A. Con.
Ul.vt in ſū.eo.ti.q.x. B. Si aūt dubite-
tur vtrū gratis vel corrupta intentōe da-
tum ſit.tria ſūt p̄cipue attendēda ſcilicet
dātis ⁊ recipientis qualitas.videlicet an
a paupe diuiti.vel ecōuerſo. Item mūe-
ris quantitas.vt ſi res magni vel modici
ſit p̄cij. Item donatōnis tp̄s.an ſcilicet in
ſtante neceſſitate vel al' cōferat̄. Et ſcd̄m
hec hn̄da eſt p̄ſūptō pro.vel ɔtra.ext̄ eo.
⁊ ſi qōnes. Sed hec intelligenda ſunt in
foro cārum. In foro aūt ɔſcie intentō at
tenditur.nō p̄ſumptō. A. Idem in dicta.
q.x.ſm̄ Ray̆.Ul.et Hoſti. B.

¶ Utrum liceat aliquid recipe pro opi-
bus ſpiritualibus? Re. ſm̄ Ray̆. Pro illis
opib⁹ ad que quis non tenetur ex officō
recipere licet.vt puta ſacerdos poteſt lo-
care opas ſuas qui al' non habet vnde ſi
bi puideat.arg.xij.q.ij.caritatem. Idem
Hoſtiē. A. Certe.c.caritatem.non facit.
quia loquit̄ tm̄ quo ad pcurationem re-
cipiendam a viſitantib⁹ nō ex locatōe vel
alia ɔuentōne.ſed ex mera iuris diſpōne
Et ideo in ſpūalibus in quibus debet ceſ-
ſare omnis pactō ⁊ ɔuentō. extra.dē pac.
c.fi.non habet locū locatio vel cōductō.
Unde in ti.de ſymo.§. Item nūquid.ſup
d.locare.glo.Ray̆.ait. Quidam dicūt q̧
ſi ſacerdos intendat locare vel vendere la
borē ſuū non ipſum officiuȝ vel ſacramē-
tum.licituȝ eſt.al' non. Ego credo inq̄t q̧
nō hēt locū i talib⁹ locatō vel ɔductō cū
lex ſecularis nō dixerit eſſe locatōneȝ vl'
ɔductionem qñ menſor agrorum aliquid

recipit a dñis eoꝝ ꝓ eis menſurandis. ſed
qđ datur appellauit honorariū. ff. ſi men.
ſal. mo. di. l. ij. §. j. vbi dicitur. Non credi
derūt veteres inť tales ꝑſonas locatōnē
⁊ conductōnem eſſe. ſed potius operam
beneficij loco preberi. Et id quod datur
ei ad remunerandum dari. ⁊ inde hono-
rariū appellari. Dic ḡ ꝙ ſacerdos ſiue ī-
digeat ſiue ñ. pť ei dari pecunia ī ſūptus
ipſius ſacerdotis non in munera ſacerdo
tij. i. officij ſacerdotalis quod impendit
ſicut dicit Jeroꝰ. quod. x. panes. cruſtula
et vas mellis ſi data fuerint ꝓpbr̃e. magis ī
ſumptus ꝙ̃ in munera ꝓpbr̃e reputanda
ſunt j. q. j. iudices. Cum ergo dicitur. ſa-
cerdos recipit pro officiando eccleſiā ad
tempus. lr̃a ꝓ. denotat cauſam adminucu
latiuam non appreciatiuā ſacramenti vł
officij qđ impēdit. vel laboris q̃ laborat ī
ipō officio. qđ nec vendi debet nec locari
ſicut nec ipm̄ officiū. quia quiſꝗ̄ horum
alteꝝ vendit ſine quo neqꝫ alterum pro-
uenit neutꝝ inuenditum derelinquit. j. q
j. ſi quis obiecerit. De hoc etiam dicitur
infra. §. vtrum ſacerdos. B.

¶ Utrum cum ep̄s conſecrat vel viſitat
poſſit recipere ꝓcuratōnem? R. ſm Raij.
Poteſt. extra eo. cum ſit. x. q. iij. relatum
extra. de p̄ſcript. cum ex officij. non dico
ꝓpter laborem. ſed ut Ber. dicit. quia tał
ꝓcuratio a iure ꝑmiſſa eſt. immo etiam
ſi eccleſia ꝓpter paupertatem procurare ñ
poſſet ep̄m. ip̄e ſuis ſumptibus ꝯſecrabit
eccleſiam. x. q. iij. cauendum. hec Ber. et
Hoſti. Circa viſitatōez. vide infra. viſita-
tio. §. j. ⁊. ij. A. Hoc quod ibi dicitur no-
tat glo. in dicto. c. cum ſit. Nota etiaꝫ in
ſum. eo. ti. q. x. B.

¶ Utrum tp̄alia poſſint dari ꝓ vita eter-
na vel ꝓ remiſſione pc̄toꝝ? R. Poſſunt ꝑ
modum elemoſine Daniel. iiij. Pc̄ta tua
elemoſinis r̄dime. Et intellige ſm Tho.
⁊ Pe. in. iiij. diſ. xxv. ꝙ cū dicit̃ vita eter-
na vel remiſſio pc̄toꝝ emi. eſt locutō me-
thaphorica. q̄ꝛ ip̄m meritū accipit̃ ꝓ em
ptōne. Deo enī ex precio noſtro nihil po
teſt accreſcere. A. Jdē in dicta. q. x. B.

¶ Utruꝫ tp̄alia poſſint dari pro redimē
da vexatōne in ſpūalibus? R. Sic. extra
eo. dilectus filius. ⁊. j. q. iij. queſitum ex̄
de magiſtris. ꝓhibeas. Sed hoc ſuꝑ iure
ſpūali tūc ſolum habebit locū cum ꝑ cer-
to ꝯſtat redimenti de iure ſuo. al' nō. hec
Tho. ſcđa ſcđe. q. c. pl't. ⁊ vlt. A. et etiam
glo. Raÿ. vt dicta. q. c. B. Unde ⁊ ſi p̄ben-
da mea. me ꝑ iniuriam remoto alij data
ſit. et ego recuꝑo aliquo dato: non puto
eſſe ſimoniam.

¶ Utrum encenia inducāt ſimoniā? R.
Si nō extendātur ad quātitatem mune
rum. ⁊ fiāt ſine pacto. ⁊ ſine aliqua corru
pta intentōne nō inducūt ſimoniam. al'
etiā ī modico ꝯmittit̃. j. q. j. duceſ. A. Al'
incipit iudices. Et hoc fuit dictū Hoſtiē.
vt in ſum. eo. ti. q. xj. B.

¶ Utrum munus ab obſequio inducat
ſimoniā? R. ſm Ul. Si obſequiū de ſe ſit
illicitum. nullo modo licet abſqꝫ vitio ſi
monie. Similiter ſi obſequiuꝫ ſit licitum
nō licet ip̄m impendere ꝓ aliquo ſpūali.
ſi illud ꝓ. dicat cauſam p̄ncipaliter mouē
tem. Sed ſi non dicat cām principaliter
mouētem. ſed ſecūdariam. puta excitati-
uam affectus eiꝰ q̄ dare habꝫ aliq̄d ſpūa-
le. ⁊ poſtea ꝯfert illud reſpiciēs principa
liter ad deū. et ad merita ꝑſone. q̄ ꝑ talia
obſequia ⁊ ꝑ alia bona concurrunt. hoc
modo pōt dari ſpūale. puta alicui qui ī
ſeruitiū eccľie vel p̄lati iuit Romā vł hꝰ
Porro. ſi obſequiū eēt pure ſpūale qđ eēt
impoſitum bñficio. A. ſcꝫ ꝑ ꝯſtitutōnem
ante ipſiꝰ bñficij collatōnē. nō aūt per pa
ctum ſm eūdem Ul. ⁊ ī ſū. eo. ti. q. xij. vbi
etiā patet ꝙ predictis con. Goff. ⁊ Raÿ.
⁊ glo. B. tūc indubitanter ⁊ ex pacto pōt
ꝯferri bñficiū. ita ꝙ ille ꝓmittat tale obſe
quium. vtputa de celebrando talem ⁊ ta-
lem miſſam. et ſimilia. extra. de prebenđ.
ſignificatum. A. Tho. etiam ⁊ Pe. dicūt
ꝙ in hmōi obſequijs honeſtis ſeruiētibꝫ
ad dignitatem ꝑſone reſpectus debꝫ ha-
beri. Nam ex ipſa deuotione obſequij di-
gnus redditur eccleſiaſtico beneficio. Et
addit Tho. Si autem inhoneſtuꝫ ſit ſer-
uitium vel ad carnalia ordinatum. puta
ſeruiuit prelato ad vtilitatem conſangui
neorum ſuorum. vel patrimonij ſui. vel
aliquid huiuſmodi. eſſet munus ab obſe-
quio. et ſimoniacum. vt in dicta. qōe. xij.
ad fi. B.

¶ Quid ſi vnꝰ ſacerdos dicat alteri. tu ce
lebrabis hodie ꝓ me. ⁊ ego cras ꝓ te? R̃o.
ſm Wil. Nō ē ſimoīa. ſꝫ licitū ē maxīe ex
cauſa. qn̄ nullū preciū ſiue tp̄alis merces

interuenit. A. Jdez in ſũ.eo.ti.q.xiiij. B.

Quid ſit mun⁹ a lingua ĩ quo ꝯmittit̃ ſymonia? Re. ſm Tho. ſcđa ſcđe.q.c.et in iiij.diſ.xxv. Munus a lingua dicitur vel ipa laus ptinens ad fauorem humanum qui ſcʒ ſub p̃cio cadit. vel etiã p̃ces ex q̃bus acquiritur fauor human⁹. aut ꝯtrarium euitatur. vt qñ preces armate ſũt. Sed de precibus habes ſtatim in ſe. §. A. Jdem in ſũ.eo.ti.q.xiiij. B

Utrum p̃ces inducãt ſymoniã? Re. ſm Tho. ſcđa ſcđe.q.c. Si aliquis p̃ncipalit̃ ad p̃ces intendat. ſymoniã ꝯmittit. Et videt̃ p̃ncipaliter ad hoc intendere qui preces ꝓ indigno exaudit. Uñ ipm factũ eſt ſymoniacũ. vt j.q.j. de ordinatõnib9. ⁊ c. ſũt nõnulli. Si ũo porrigant̃ p̃ces ꝓ digno factũ nõ eſt ſymoniacum. ſed ſymonia põt eſſe in intentõne ſcʒ qñ habet̃ reſpectus nõ ad dignitatem perſone ſed ad fauorẽ hũanuʒ. extra. de eta. ⁊ quali. tuã j.q. latorem. Unde debet penitere de intẽtione corrupta. vt in. c. ſũt nõnulli. ⁊ extra. de eta. ⁊ quali. tuam. ⁊ extra eo. mandato. A. Con. Ul. vt in dicta.q.xiiij. B.

Utruʒ aliquis porrigendo p̃ces pro ſe ipo ꝯmittat ſymoniã? Re. ſm Ray. Non põt petere eccleſiam vel dignitatem vel aliud bñficium habens curam aĩaꝝ quãtũcunq; ſit dign⁹. j.q.j. ordinatõnes viij. q.j. in ſcriptis. extra. de iure patro. ꝑ noſtras. Bñficiũ ũo ſimplex ſi indiget ⁊ ſẽtit ſe dignũ põt petere abſq; metu ſymonie. extra eo. tua nos. ⁊ ar. ext̃. de reſcrip. ad aures. extra. đ preben. cum ſm. Con. Tho. ſcđa ſcđe.q.c. ⁊ etiam in iiij. diſ. xxv. Similiter ⁊ Hoſti. ⁊ Goff. Quidam tñ dicunt q̃ licet rogare etiã ſi bñficiũ hẽat curã aĩaꝝ. A. Hoc fuit dictum glo. Raij. dicẽtis q̃ põt aliquis ꝓ ſe petere bñficium etiã hñs curã aĩaꝝ ſi dign⁹ ſit. exemplo yſaie. qui dixit. ca. vj. Ecce ego. mitte me. Con. cũ hoc Ul. vt in ſũ.eo.ti.q.xiiij. Sed certe tutius videt̃ p̃mũ dictũ ꝑ iura allegata. Nam ꝓpheta non petijt aliquaʒ curã aĩaꝝ vel dignitatem. ſed requiſitus a dño exhibuit ſe officio predicãdi. vt pʒ in dicto. c. vj. B. Si indiget ac ſi non indiget. etiam ſi petat ſimplex bñficiũ: peccat ſm Ray. ⁊ Tho. vt in predicta decre. ad aures. j.q.ij. clericos. xij.q.j. illi auteʒ A. Ut patet in dicta.q.xiiij. glo. Ray. in hoc iterum ꝯtradicit. Unde ait. Hoc iterum durum eſt. ⁊ credo q̃ ex quo aliquis ꝓmotus eſt ad ſacros ordines. cum hui⁹modi ordinatio titulum eccleſiaſticũ requirat poteſt petere beneficium eccleſiaſticum. licet habundet in tẽporalibus. Et iura que magiſter adducit ad ꝓbandum ꝯtrarium loquuntur ſm ſtatum primitiue eccleſie quando exiles erant reddit⁹. et diſtribuebatur de facultatibus eccleſie ꝓut cuiq; opus erat. Et con. cum eo Ul. quia nemo cogitur ſuis ſtipendijs militare. Si tñ dignitatẽ vel curaʒ animarũ ꝓ ſe petat tanta p̃ſumptione que eum tali beneficio reddat indignum ſymonia ẽ quia preces ſunt pro indigno. hec ibi. Clerius videtur dictum Raij. ⁊ Tho. Nã Jero⁹. qui loquitur in allegato. c. clericos. j.q.ij. nõ fuit in primitiua eccleſia. ⁊ mlt̃ dominus. Proſp. qui idem dicit ea.q.c. paſtor. Et ſtipendium celeſtis milicie nõ debet eſſe tꝑale niſi inquãtum ratio dictet neceſſarie ſuſtentationis. Clericis enim ꝯuenit dicere. pars mea dñs. extra. de p̃ben. cum ſcđm. quaſi dicatur. premiũ laboris mei nõ ſit t̃renũ. ſʒ celeſte. B.

Que ſijmonia ſit grauior? Re. ſm Wil. Cuis in munere a manu. et a lingua. et ab obſequio ꝯmittatur ſijmonia. tñ quia munus a manu magis ꝓprie eſt precium q̃ a lingua. vel ab obſequio. ideo illa ſijmonia eſt maius peccatum. A. Jdẽ in ſũ.eo.ti.q.xv. B.

Utrum liceat vendere vaſa ſacra. aut veſtes. aquã bñdictã. ⁊ hmõi? Re. ſm Ul. Oĩa ſacramentalia ad aliquem effectum ſpũalem ordinata vendi nõ poſſũt. vt aq̃ bñdicta. ⁊ huiuſmodi. ꝑ quã venialia dimittũtur. ſicut etiam nec ratõne materie poteſt vendi ſacramentuʒ. j.q.j. placuit. ij. ⁊. iij. Sʒ ⁊ illa que ꝑticipatiue ſũt ſpũalia. vt calix ⁊ hmõi. ante ꝯſecrationẽ ſimpliciter vendi pñt. poſt ꝯſecratõnẽ ũo h⁹ vaſa vẽdi pñt alteri eccleſie in eadeʒ forma. A. dũmodo intentõ ſoluʒ referat̃ ad tꝑale et non ſpũale. al' eſſet ſijmonia ſm eũ. Ul. vt in ſũ.eo.ti.q.xvj. vbi hec notãtur. B. ſed laijco calix vendi nõ põt. niſi ꝯſtat⁹. x.q.ij. §. hoc ius. quia ſacra nõ debẽt tractari manib9 laijcoꝝ. De cimiterio ũo. vide ſuꝑ. ſepultura j. §. j. B.

Utrũ ſpiritualia poſſint r̃dimi? Re. ſm

Raẏ. Sicut nō debent vendi vel emi. ita
nō debēt redimi. extra. de ſiȷmo. querelaꝫ
nec aliquo dato vel ꝓmiſſo vel retēto poſ
ſideri. Intellige ſm Wil. ꝙ nō poſſūt redi
mi aliq̄ dato vel ꝓmiſſo ei qui iuſte poſſi
det. extra eo. q̄relā. Nam aliquo dato ei q̄
iniuſte poſſidet ab eo cui debentur redimi
poſſunt. ſicut et redimūtur decime de ma
nu militū iniuſte eas detinentiū. vide ſu-
pra. decime v. §. pl't. Ceterū vtrum ſuper
ſpūalibꝫ poſſit tranſigi. vide infra. tranſa
ctō. §. ij. Et vtrum ꝑmutari. ſuꝑ. ꝑmuta-
tio. §. j. ⁊. ij. A. Predicta etiam notantur
in ſum. eo. ti. q. xvij. H.
¶ Quid de ſacerdote qui nō vult dare li-
centiā alteri ſacerdoti vt bn̄dicat nupti-
as niſi ꝑ pecunia? Re. ſm Wil. Si nō intē-
dit vendē licentiā bn̄dictōis. ſed ꝓuidere
ſibi de portōne oblatōnū eū ꝯtingente. nō
eſt ſẏmonia. Si tn̄ ex certa ſcia maiorē
exigat ſūmā q̄ ꝓſumatur debere valere
portō ipm ꝯtigens meritio ꝓſumi poteſt
ꝙ ipam licentiā vendere voluit. A. Hoc
etiam ꝓſumitur quādo ṽba iſtud ſonant
puta ſi dicat ſe velle tantū ꝑ lnia benedi-
cendi. ⁊ hmōi. quia in dubio nō recedim⁹
a ſignificatōne ṽborum. ff. de lega. iij. l. n̄
aliter. Si vult ergo hoc euitare clare ex
primat de venditōne ſeu locatōne ꝓuent⁹
tm̄. H. Et nota hic ꝙ ꝓ ipa bn̄dictōne ni-
hil ab aliquo exigi pōt. extra eo. cum in
eccleſia. De ſacerdote qui nō vult dare li
centiā ꝯfitendi alteri niſi ꝑ pecunia ſuꝑ.
ꝯfeſſio j. §. fi. A. Et ibi patet ꝙ ſẏmoniā
ꝯmittit. quod et nota ſil' cuꝫ ſupradictis
in ſū. eo. ti. q. xxxvj. H.
¶ Utrum pro abſolutōne ab excōicatōe
poſſit exigi pecunia? Reo. ſcđm Tho. ſcđa
ſcđe. q. c. In abſolutione tali nō debet ex-
igi pecunia tanq̄ ꝓcium abſolutōnis. q̄a
hoc eſſet ſẏmoniacū. ſed quaſi pena cul-
pe ꝓcedētis pro qua fuit excōicatus. Idē
Pe. et Hoſti. A. Dicit enim Hoſti. extra
eo. ab aures. ꝙ in Francia ⁊ in quibuſdā
alijs regionibus ꝯſuetudo eſt vel ſtatutū
ꝙ excommunicatus qui monitus parere
noluit ſed excōmunicari expectauit. pro
pter hanc ꝯtumatiā anteq̄ abſoluatꝰ ꝑ
quolibet menſe pro quo excommunica-
tus extiterit certam debeat dare pecuīe
quantitatem. Et hanc conſuetudinē di-
cit rōnabilē ⁊ ſeruādā. vt in ſū. eo. ti. q.
xxxvij. Quod intelligendū videtur qn̄ ta
lis exactō nō venit ad manus ſeu vtilita-
tem exigētis al' haberet ſpeciē mali. ⁊ iō
ab ea abſtinendū. extra. ď vi. ⁊ ho. cle. cū
ab omni. Et ꝓpterea hoc caſu abſolutio
deberet ꝓcedere exactōnem. Unde ⁊ idem
Hoſti. in ſua ſūma dicit ꝙ excōicatus de
bet abſolui libē. ⁊ eo abſoluto poteſt co-
gi ad ſatiſfaciendū de pena. ſed ante non
pōt exigi. cum nec ꝑ illo fuerit excōicat⁹
Et ſic intellige inquit extra. de ſẏmo. ad
apoſtolicā. ⁊. c. ad aures. vt in dicta. q. x-
xvij. Et videtur caſus formalis in dicto
c. ad aures. Et ſic pn̄t ꝯcordari opiniōes
que ſuꝑ hoc ibidem referuntur. H. Et idē
intelligendū de ſuſpenſione ⁊ interdicto.
Naꝫ ſi dareꝭ aliq̄d ꝑ precio abſolutōis ſi-
ue reſtitutōnis. ſẏmonia eſſet ex ꝑte vtri
uſqꝫ. ar. j. q̄. j. nullus. extra eo. nemo. Oꝫ
ſi h⁹ſnie fuerāt iniuſte ꝓlate. ⁊ detur pecu
nia ꝑ abſolutōne ſiue relaxatōne. notauit
Hug. xvj. q. vij. decimas. ꝙ nō eſt ſẏmoīa
ex ꝑte dantis. eo ꝙ dās nullū ius acq̄rit
ſed dat vt acquiſitū ſine vexatōne retie-
at. ar. j. q. j. queſitū. Satis con. Hoſtiē.
A. Item in ſum. eo. ti. q. xlvj. vbi ⁊ addit
ſm glo. Raẏ. ꝙ ſi eccleſia mea vel ꝓbēda
me remoto. alij fuerit aſſignata. ſi pro ꝓ
cio eam recuꝑo vel redimo ſẏmonia eſt
ſiue iuſte ſiue iniuſte amotus fuerim. et
alius inſtitutus. quod intelligendum eſt
quando amotio facta eſt ſeruato iuris or
dine licet iniuſte ꝑ ſententiam que tran-
ſiuit in rem iudicatam. al' bene licet redi
mere vexatōnem. extra eo. dilectus fili⁹.
R. ⁊ patet ſupra. §. x. H. Utrum autem
pro baptiſmo liceat aliquid dare. vide ſu
pra. baptiſmus iij. §. iij.
¶ Nullus clericus debet ꝓce vel ꝓcio vel
fauore celare epō pctm̄ publicū ꝑrochiaī
ſui vel etiā min⁹ digne penitentē reconci
liare. ⁊ ei de hoc teſtimonium ferre vel di
gne penitentē repellere. aliter ſẏmoniam
ꝯmittit. extra eo. nemo. A. Scđm Inno.
⁊ in ſū. eo. ti. q. xxxviij. non ꝓprie ſed ſimi-
litudinarie diciꝭ ſiȷmoniacus q̄ celat pro
pter gratiam crimē alterius. puniendus
eſt em̄ vt ſẏmoniacus. Quod intelligi po
teſt. niſi ipſa celatio eſſet annexa ſpūali
officio. forte quod quis habet ab epō ad
denūciandum delicta vel ſimile. quia tūc
cēſareꝭ vendē ipm officiū. ⁊ ꝯſeq̄nter eſſꝫ

vera ſymonia.j.q.iij.ſi quis obiecerit.B
Et generaliter ſm Tho.ſcda ſcde.q.c.il-
la ſpūalia ad que quis tenet ex officio n̄
poteſt vendere.Unde nec ꝑ diſpenſatōne
nec pro correctōne ſubditorū. vel ꝙ quis
deſiſtat a corrigendo poteſt aliquid reci-
pi.A.Con.Pe.vt in dicta.q.xxxviij.B.
¶Quid ſi datur aliquid ſuꝑiori vt ſuet
iuſticiam in ſpūalibus:R.ſm Ray.Sij-
monia eſt.Et addit Wil.Item credo ſi a-
gatur ſuꝑ tpalibus exquo ꝑſona ē eccle-
ſiaſtica.que ratione eccleſiaſtice iuriſdi-
ctionis tenetur ad tale ius reddendum.
Sed ſi ſit iudex laycus ⁊ ſuꝑ re tēporali.
non erit ſymonia.licet al' grauiter peccꝫ
ſupra.iudex j.§.vij.A.Con.Ul.vt in di-
cta.q.xxxviij. B.
¶ Utruꝫ ſacerdos poſſit celebrare.vel ex
equias vel alia officia facere ꝑ pecunia:
R.ſm Ray.Si tenet ad hoc tūc exigere
aliq̄d ſymoīacū eſt.j.q.j.vendētes.Si n̄
tenet et deficit ei ſūptus.pōt accipe.j.q.
j.duces.Nam ⁊ oꝑas ſuas locare poteſt.
ſiue ad diem.ſiue ad annum.extra.ne p̄-
la.vi.ſu.c.vlt.A.Ibi hoc nō probatur.
Nam ibi dr̄ de locatōne reddituum et nō
oꝑaꝝ ſpūaliū.vt ibi notat glo.⁊ addit ꝙ
nullū ſpūale locatur.Et de hoc lati⁹ſuꝑ.
§.vij.in additōne.B.Q; ſi ſūptus habꝫ ⁊
ad hoc nō tenetur.aut debet facere gra-
tis.aut ceſſare.al' videtur facere ex auari
tia. Et licet forte qn̄ nō tenet ad illa nō
eſſet ſymonia.eo ꝙ non debet ſuis ſtipen
dijs militare.xij.q.ij.caritatem.extra eo.
cū ſit.tn̄ turpe eſt lucꝝ qn̄ fit ex auaritia
vel ſi ī ſūptus recipit etiam ſi diues ſit et
nō fit ex auaritia ſaltem habet ſpēꝫ ma-
li.Et in quolibet p̄dictorum intelligas ꝙ
ip̄e gratis debꝫ cantare vel officiare.licꝫ
aliq̄d recipiat pro ſumptibus. ſicut dicit
Aug.ꝙ apoſtoli gratuituꝫ panē accipie
bant ab illis quib) gratuitā p̄dicatōnem
impēdebant. Satis con. Tho.ſcda ſcde.
q.c.A. Predicta melius poſſunt ītelligi
ꝑ ea que notat glo.Ray.in ti.de ſymoīa
§.queritur ſuꝑ v̊bo.ſtatutū.vbi ſic dic.
Licet ne dare pecuniam vel recipe ꝑ hu-
iuſ.obſequijs aut pro intereſſendo extre-
me vnctōni.Itē quid de illis qui dāt red-
ditus vel recipiūt ꝓpter facienda āniuer-
ſaria. Item quid de illis qui dant ſacer-
dotibus diuitib) vel pauperib) ꝑ faciendo
annuali. vel tricenario.vel āniuerſario
vel celebrando miſſam de ſpirituſcto.vel
aliā.vel qui dat denarios clericis pro di-
cendis pſalterijs in exequijs mortuoruꝫ.
vel al' vel qui dant elemoſinas pauꝑibus
vt orent ꝑ eis.cum talis orō ſit ſpūalis.⁊
hmōi elemoſina ſit corꝑalis:R.In omi-
bus talibus caſibus dare vel accipe tpa-
le ꝑ ſpūali ſymonia eſt.ſiue detur ꝑ ſacro
ſiue ꝑ officio ſiue ꝑ labore hmōi officij vl'
oratōnis ſm ꝙ hec prepoſitio pro.deno-
tat appreciatōnem.Sed ſi denotaret cām
motiuam nō p̄mam vel p̄ncipalem.ſꝫ re
motam ⁊ occaſionaleꝫ.licitū eſt dare et
accipe tpale ꝑ ſpirituali.Un̄ ſi quis dat
pecuniam collegio alicui ꝑ generāda de-
uotōne et dilectōne in ip̄o collegio.vt ex
illa deuotōne exaudiatur in petitōne quā
petit ꝙ fratres interſint exequijs mortui
vel extreme vnctōni morientis.⁊ illi hoc
faciunt ex dilectōne et deuotōe in eis ta-
liter generata.aut pro deuotione ipi⁹dā
tis.ſic licet dare et accipe temporale pro
ſpirituali ſm ꝙ lȳ pro denotat cauſā mo
tiuam remotam ⁊ nō ꝓpinquam.Propi-
qua cauſa eſt dilectō vel deuotō genera-
ta ex dato.al' forſitan nō generāda.Nec
eſt ſil'e ꝙ nō poſſū dare pecuniam ep̄o vt
me diligat ⁊ ex dilectōe me bn̄ficiet vl' or
dinet.Et hoc ideo.q2 dilectō qua ep̄s ali-
quem diligit licet ſit ſpūalis non eſt cau-
ſa ꝓpter quam debeant talia conferri.ſed
potius debet attendi merituꝫ ⁊ dignitas
ꝑſone.Sed bn̄ eſt cauſa ſufficiens huiuſ.
dilectō qua etiā diligitur peccator ſpūa-
liter.vt debeat orari ꝑ eo.cū etiā hoc cō
cedat dn̄s vbi dicit.Facite vobis amicos
de mām̄ona iniquitatis vt recipiant vos
⁊c̄.Luc.xvj.i.vt orent ꝑ vobis recipien-
dis. Exquo patet ꝙ licet dare pecuniam
ꝑ acquirenda deuotōne hoīm ſpūaliuꝫ et
pauperum vt ꝑ hoc moueantur et tene-
ātur orare.Pecunia tn̄ data ꝑ huiuſmo-
di amicitia acquirenda que ſpūalis ē nō
eſt penſanda a dante vel accipiente.vt di
ctum eſt:vt datuꝫ.ſed vt fructus.ſcdm ꝙ
dicit apoſtolus ad Phil'.iiij. Non quero
datum ſed fructum.quia nō attendo p̄n-
cipaliter pecuniam datam.ſed caritateꝫ
⁊ deuotōꝫ vel pietateꝫ ex qua datur.ꝓpter
quam ſola elemoſina eſt fructuoſa.Et iō
Rn̄ſio eſt ad omnes qōes ſupra poſitas

de illis qui officiant ꝓ denarijs ⁊ ceteris.
ꝙ ſi lꝫ ꝓ denotat appciatōez vel cauſā ꝑ-
mam motiuā vel finalem. illicitū eſt. Si
aūt cauſaꝫ adminiculantē. licitū eſt vt ta
lia recipiāt in ſūptus officiantiū. non in
officioꝝ precio. hec ibi. Et con. predictis
Tho. Pe. ⁊ Al. ⁊ alij theologi. vt in ſum.
co. ti. q. xlij. Et ex p̄dictis pōt colligi ꝙ n̄
eſt tutū cui incūbit facere officiari altare
vel capellaꝫ. ꝯducere ad hoc clericos pa-
ctis ⁊ ꝯuentōnibꝫ. ſed cōſtituere aliquem
redditum q̄ detur officiantibꝫ. vt in. c. ſi-
gnificatū. ⁊ ibi glo. extra. de p̄ben.

Utrum ꝯmittat ſimoniā qui debitori
ſuo dat aliquid ſpūale vt recupet qđ ſuū
eſt: R̄e. ſm Tho. in. iiij. diſ. xxv. Abſqꝫ du
bio ſimoniam ꝯmittit idem Al. A. Ideꝫ
in ſū. co. ti. q. lxv. B.

Utrum cum aliqui p̄tendētes religio-
nē ſiue ſctitatē petūt a ſacerdotibꝫ ꝙ ꝓcu
rent eis pecuniā in ꝑrochia ſua ita ꝙ ſa-
cerdos habeat inde certā ꝑtē ſit ſimonia
R̄e. ſm Tho. in quolibet. Cuꝫ ꝑſuaſio ſa-
cerdotis ſit res ſpūalis. ⁊ credatur ei q̄a
ſacerdos eſt. ideo ſi in tali caſu pactū in-
terueniat. ſimonia eſt reſpectu ſacerdo-
tis ⁊ ſacrilegiū reſpectu taliū religioſoꝝ
quia eſt defraudatio elemoſinarum reſpe
ctu illoꝝ qui dant. Unde ⁊ ſi eſt vnū pec-
catū q̄tū ad actū. eſt tn̄ multiplex q̄tum
ad reatū. ⁊ tā etiā ip̄e ſacerdos. q̄ ipſi re-
cipiētes ſcꝫ qui ſacerdotibꝫ tribuūt vł re
laxant tenent̄ de ſimonia. A. ⁊ etiam ad
reſtitutōneꝫ. vt patet ſm eū. Tho. ⁊ ī ſū.
co. ti. q. lxvj. Et cui debeat fieri reſtitutō
iſto caſu pōt patere ex dictis ſup̄. reſtitu-
tio j. §. xiij. in additōe. ð. itē ſm Inno. B.

Utrum laycus qui recipit pecuniā vt
eccleſie reſtituat decimam quaꝫ tenebat
committat ſimoniam: R̄o. ſm Hoſtien.
Si laycus non vult decimam dimittere
niſi pro pecunia ſimoniam committit ex
parte ſui. ſed eccleſia bene poteſt redimē
vt ſupra. decime. v. §. v. A. Item in ſum.
co. ti. q. lxviij. Sed in dicto. §. v. ꝯtrariū
dicit Wil. ſed ſolutio ibi patet in additi-
one. B.

Mediatores ſimonie ſimoniaci ſunt
j. q. j. ſi quis ep̄us. A. Ibi dicitur. Si q̄s
mediator tam turpibꝫ ⁊ nephandis datis
vel acceptis extiterit. ſi quidem clericus
fuerit. a proprio gradu cadat. ſi ṽo lay-
cus anathematizetur. B.

Utrum papa poſſit ꝯmittere ſimoniā
R̄o. ſm Tho. ſcđa ſcđe. q. c. Papa poteſt
ſicut ⁊ quilibet alius. ⁊ tanto grauiꝰ. quā
to in altiori gradu cōſiſtit. Res enim ec-
cleſie non ſunt eius vt domini. ſed vt di-
ſpenſatoris. Unde ſi ꝓ aliqua re ſpūali re-
cipet pecuniam aliquam de redditibꝫ ali-
cuius eccleſie: ſimoniacus eſſet. Similit̄
ſi ꝓ re ſpūali recipet pecuniam ab aliquo
layco non de rebus eccleſie. Con. Al. vt ī
ſum. co. ti. q. lxvij. Quod intelligendū vi-
detur quo ad illa circa que ꝯmittitur ſi-
monia lege diuina. Secus ſi lege tm̄ ec-
cleſiaſtica cui papa non ſubicitur. niſi ð
equo. C. de legi. l. digna vox. B.

Prelatus qui ꝯmittit vices ſuas ꝓ pe-
cunia: ſimoniacus eſt vide infra. vicari-
us. §. iij.

Simonia ſecundo ſcꝫ

ſpāliter quo ad ordines. Simo
nia quandoqꝫ committitur ex ꝑ-
te ordinatoris. Aliquando ex ꝑte ordina-
ti. vt ſupra. ſimonia j. §. vj.

Utrum ſi aliquis ꝓ mea ordinatōe vel
promotione pecuniam offerat: nunquid
ego dicar ſimoniacus: R̄e. Si a p̄ncipio
cōtradixi. non obeſt mihi. extra eo. ſicut
tuis. §. plt. ⁊ extra. de homic. Petrus. A.
hoc verum ſm Innoc. vt in ſum. lib. j. tit.
j. q. viij. ſi pecunia data eſt poſt electōneꝫ
pro ꝯfirmatione. de quo loquitur. c. ſicut
tuis. Secus ſi daretur ꝓ electōne etiam
ꝓhibente me. niſi fieret ab inimico. Con.
Uin. Hoſti. et glo. Raij. vt ibi. Idem et ſi
quis recepiſſet ordinem per ſimoniā cō-
miſſam cum ipſo ordinatore. tūc enim ſic
ordinatus licet ignorāt̄ vel etiam cū cō-
tradictōne non reciperet executionē. q̄a
hoc idem contingeret etiam ſi in eius or-
dinatōne nulla cōmiſſa fuiſſet ſimonia.
dum alˀ eius ordinator fuiſſꝫ ſimōiacꝰ in
collatōe ordinū. Nā qui ſemel ſimoniace
ꝯtulit ordinē. deceтero executōeꝫ dare nō
poterit q̄tūcunqꝫ occultuꝫ ſit. ⁊ q̄tūcūqꝫ
recipiens ignoret. j. q. j. ſi quis a ſimoni-
acis ſm Hoſtiē. in dicta. q. viij. Hodie eti
am videtur idem in collatione beneficij.
cū ſimoniace conferens etiam beneficiū
vel officiū eccleſiaſticum ipſo facto excō-
muicatōꝫ īcurrat. et qđ agit̄ nulluꝫ ſit. vt
in extrā. Martini q̄nti. q̄ incipit. Multe.

et in alia Eugenij quarti. que incipit. Cū
deteſtabile. Itaqꝫ diſtinctōes que in hoc
§. ſiūt. nō habēt locū niſi qn̄ ſijmonia fu⸗
iſſet ꝯmiſſa cū alio ꝙ cum collatore ordi⸗
nis ſeu bn̄ficij. H. Secus ſi ſciui ⁊ cōſenſi
quia tūc ꝙtūcūqꝫ occultum ſit. renūci⸗
are teneor. Si ṽo hoc fit me penit⁹ igno⸗
rāte. puta quia amicus meus pecuniam
dedit. tūc licȝ ego nō ſim ſẏmoniacus. te⸗
neor tn̄ renunciare. extra eo. ſijmoniace.
⁊ ca. de regularib⁹. ⁊. c. nobis. Qȝ ſi inimi
cus meus dedit pecuniā volens ꝙ ex hoc
ꝓmotio mea iudicaretꝛ ſijmoniaca et ſic
impediretur. nō ꝯmittitur ſẏmonia quo
ad me. nec mihi nocet. ne ille ex dolo ſuo
reportet qđ intēdit. vt in. c. ſicut tuis. ⁊ ī
c. nobis. ꝑmo rn̄ſo. A. Tn̄ et hoc caſu qn̄
inimicus aliq̄d daret in ꝑiudiciū meum.
⁊ hoc ſcirem anteꝙ ep̄s vocaret me. ⁊ cō
ſtaret mihi ꝙ nō me vocaret niſi ꝓpē mu⸗
nus illud. recipe nō debereꝛ. ſm glo. Raij.
⁊ in dicta. q. viij. Et ad hoc etiam facit qđ
notatur ī ſū. eo. ti. q. xxvij. vbi ſm Raẏ.
dicitꝛ. et glo. ꝙ ſi aliquis ſcit vel credit ſi⸗
bi collatum ordinē vel bn̄ficiū principa⸗
liter ꝓpter obſequia ſeu preces carnales a
ſe vel ab alio īterpoſitas. ſi alꝰ erat dign⁹
reſignaꝛ nō tenetur. ſed debet penitere de
intentione corrupta. extra eo. mandato.
Si ṽo erat indignus reſignare tenetur.
quia tūc hmōi preces ſeu obſequia ſucce⸗
dūt loco precij. j. q. j. ſunt nōnulli. Et cō⸗
cor. Ul. vt ibi. H.

Quid ſi quis etiam ſine pecunia obtē⸗
turus erat ordinem vel beneficiū ⁊ tamē
pecunia data fuit? Re. ſm Inno. Si alius
dedit pecuniā. dum tn̄ non ordinatori. nō
eſt ſẏmonia. ar. j. q. vj. §. vlt. Si aūt ipſe
ordinatus dedit: ſijmoniacus eſt. A. etiā
ſi ſine pecunia habiturus erat ordinem
vel bn̄ficiū. ſm eū. Inno. et in ſū. eo. tit.
q. viij. Quod intellige niſi gratis aliquid
daretur. vt ſup̄. ſẏmonia j. §. vj. H. ar. j.
q. ij. ꝙpio. ⁊. q. iij. ſi quis obiecerit. et ca.
vlt. ⁊. q. vj. c. j.

Quid ſi pecuniā ꝑ me neſciente ꝑ miſ⸗
ſam poſtea ſolui? Re. Sicut ſijmoniacus
debeo iudicari. quia in maleficijs ratiha
bitio retrotrahitur et mandato cōpatur
ſicut notatur. extra eo. ſicut tuis. A. In
glo. H. In hac tamen ſẏmonia ſm Tan
cre. ⁊ Wil. epūs poteſt diſpenſare. A. Itē
in ſum. eo. ti. q. ix. tn̄ hodie ſi aliquid da⸗
tum fuiſſet collatori nullus poſſet diſpen
ſare niſi papa. vel ſi eſſet datum etiaȝ al⸗
teri qn̄ ſine illa datōne nō fuiſſet alꝰ habi⸗
turus ordineȝ vel beneficium. vt patȝ ex
ꝑallega. extrauagantibus.

Quid de his qui ꝑ ẏpocriſim dum ꝑtē
derent ſpecieȝ ſanctitatis ꝓmoti ſunt ad
ordines et beneficia nulla interpoſita cō
ditōne vel pacto? Re. ſm Raij. Non tenen
tur reſignare. ſed ſolum ad agendum pe
nitētiam. extra eo. mandato. A. Hoc ve⸗
rum. niſi alꝰ non ſit ẏdoneus. tūc eniȝ re⸗
nunciaꝛ tenetur j. q. j. ſi q̄s neqꝫ. H. Tho.
ſcđa ſcđe. q. c. dicit ẏpocritam nō eſſe ſij⸗
moniacum. A. Hoc verum quo ad eccle⸗
ſiam. Secus quo ad deum cum ijpocrita
ex ſpiritualib⁹ querat humanū fauorem
et ſic ſijmoniam mentaleȝ ꝯmittat j. q. j.
ſunt nōnulli. Et idem quod hic notatur
in ſum. eo. ti. q. lxj. H.

Utrum ab ordināte vel eligendo aliq̄
cautō vł ꝓmiſſio peti poſſit? Re. ſm Raij.
Ante ordinatōnem ſeu etiam electōnem
ab eo qui eligendus eſt nulla cautō vel ꝓ
miſſio peti pōt. ⁊ ſi ꝑſtetur ſijmonia ē. q̄a
videtur facere ad hoc vt eligatꝛ. viij. q. iij
talia. Sed poſt electōnē bene pōt. qꝛ tunc
nihil ſperat ab eis. dum tn̄ non fiat ex ꝑ⸗
cedenti pactōne. viij. q. iij. Artaldus. A.
Idem in ſū. eo. ti. q. xviij. ſm Raij. ⁊ glo.
⁊ Hoſti. Sed vt ibi patet aliq̄ dixerunt ꝙ
ſupꝛior pōt exigere cautōnē etiam an̄ ele⸗
ctōneȝ. qꝛ auctoritas ſupꝛioris tollit viti⸗
um. Sed ꝑmum dictum verius videtꝛ. qꝛ
ꝑ hanc cautōnem videretur conſentire e⸗
lectōni de ſe faciende. et ideo talis electio
tanꝙ ambitioſa eſſet irritanda. extra. de
elec. cum poſt petitam. H.

Quid ſi aliq̄s nō hn̄s titulū rogat ali
quem ꝑſbiterum vt p̄n̄tet eum ad tituluȝ
ecclie ſue. ⁊ ꝓmittit ei ꝙ nūꝙ in ip̄a ecclia
petet aliquid. ⁊ ſic ordinatꝛ? Re. ſm Raij.
Sijmoniam ꝯmittit. ⁊ niſi cum eo fuerit
diſpenſatum. nec ad ſupꝛiores ordines de⸗
bet aſcendere nec in ſuſcepto ſm rigorem
canonum miniſtrare. extra. de ſijmo. per
tuas. iij. Nec excuſatur per ignorantiaȝ
iuris. vt ibidem colligitur. Et ſolus papa
diſpenſabit cum eo. quia ſijmoniacus eſt
in ordine. tamē ī ordinibus an̄ rite ſuſce⸗
ptis poterit ſm Wil. ꝑ epm̄ diſpēſari. A.

Jtem in ſũ. eo. ti. q. lxx. B. Ceteꝝ ordinatoꝛ p̄dicto modo eſt ſuſpenſus a collatōne ordinũ. ſilr̄ et p̃ntatoꝛ ab executōe. extra eo. ſi quis ordinauerit. A. Jbi dicit̃. Si quis ordinauerit ſeu ad ordinē p̃ntauerit aliquē. ꝓmiſſionē vel iuramentuꝫ ab illo recipiēs ꝙ ſuꝑ ꝓuiſione ſua nō inq̄etet eundē. ordinatoꝛ a collatione p̄ſentatoꝛ ṽo ab executōne ordinũ per triēnium ⁊ ordinatus ab ordine ſic ſuſcepto. donec diſpenſatōnem ſuꝑ hoc ꝑ ſedem ap̄licam obtinere meruerint: nouerint ſe ſuſpenſos. B. Quid de illo qui ſcit ep̄m ſuuꝫ ſymoniacum qui tñ̄ p̄cipit ei ꝙ recipiat ordines ab eo. vide ſup̄. ordinator. §. pl't.

Symonia tertio quantum

Symonia tertio quantum ad bñ̄ficia ſeu etiaꝫ dignitates. de quo plura potes colligere in p̄cedenti. c.

Nunc queritur. Quid ſi quis habens litteras ſuper ꝓuiſione alicuius beneficij recipiat aliquam penſioneꝫ vel aliquod bñ̄ficiũ vt renũciet litteris: R̃ſo. ſm̄ Hoſti. Si ex pactōne ꝑtium ꝓ aliq̄ tp̄ali fiat hm̄ōi renũciatō ſymoniacũ eſt. Si ṽo ex officio iudicis vel bonis viris mediātibꝰ pure renũciet. et ex altera pte aliquid tēꝑale det̃ ei: ñ ē ſymoniacuꝫ. vt colligit̃ extra. de renũ. ſane ⁊. c. veniēs. ⁊. extra. d' pac. cũ p̄deꝫ. A. Jtē Hoſti. addit. Ubi ṽo aſſignat̃ bñ̄ficiũ ſp̃uale. ita ꝙ etiā ex pacto renũciet dictis lr̃is non eſt ſymoniacũ. extra. d' reſcrip. ad audientiā ij. q̄s ad hoc tenetur. ⁊ tacite ineſt. Con. Jnno. vt in ſũ. lib. j. ti. j. q. xx. B.

Utꝝ reſignare aliq̄d ſp̃uale ꝓ pecunia vl' ex pacto ſit ſymoniacũ: R̃ſo. ſm̄ Goff. Sic. extra eo. q̄relā. ⁊. extra. de teſti. veniens. Dare enĩ itelligit̃ qui qd̄ ſibi ꝯpetit remittit. viij. q. iij. talia. Jtem Hoſti. Et facit ad hoc ſupra. ſymonia j. §. iiij. A. Jtem in ſũ. eo. ti. q. xix. Et hoc intellige ſm̄ dicta in. §. p̄cedenti cũ additōne. B.

Utrum q̄ñ recipit̃ monachꝰ vel canonicꝰ vel ꝯſecrat̃ ep̄s ⁊ hm̄ōi. poſſint exigi q̄dā ex ꝯſuetudine: R̃. ſm̄ Ul. Si obtinetur aliquid tale ꝑ exactōꝫ iudicij vl' ꝑ violentiam vel pactum ſiue añ ſiue poſtea ſymonia eſt. nulla ꝯſuetudine obſtante. extra eo. c. j. ⁊. c. ſicut ꝓ certo. Si ṽo ſponte offerat̃ rõne ꝯſuetudinis vel caritatis etiam ſi fuerunt excitati ꝑ ſp̃uale beneficium nō eſt ſymonia. j. q. ij. q̄ꝑpio et. ij. Cor. ix. Non ex triſtitia aut ex neceſſitate. Et licet illi qui ſolēt hoc recipe ñ poſſint hoc exigere ex ꝯſuetudīe. tñ̄ poſſunt monere illos vt bonas cõſuetudines ſeruent. nō aũt debent eos artare ꝑ ſubtractōeꝫ ſacramentoꝝ ⁊ hm̄ōi. ſed tñ̄ per ſuꝑiorem cogēdi ſũt. extra eo. ad ap̄licam. Satis Con. Tho. ſc̄da ſc̄de. q. c. Pe. Hoſti. ⁊ Jnno. Et ſimilem q̄ōem determians idem Tho. in quolibet. dic ſic. Cum in diſpenſatōne ſacramentoꝝ ſeu alioꝝ ſp̃ualiũ aliq̄ recipiuntuꝛ vt ſymonia euitetuꝛ tria ſũt neceſſaria. Pꝛīo vt hoc fiat ꝯceſſione iuris diuini vel humani aut ſaltem pie ꝯſuetudinis. Sc̄do vt ſit pia intentō ⁊ nō coꝛrupta. Tertio vt ſit forma boneſta ſcilicet vt nō requirant̃ ante pij officij exhibitōeꝫ ne pactum interuenire videatur. ſed expleto officio poterunt exigi. Si ergo iſta tria ꝯueniant. ſecure recipiat archidyaconus parafrenũ ꝓ inſtallatione abbatis ⁊ hm̄ōi. ⁊ ſimiliteꝛ ſi g̃tis offerat̃. A. Jdeꝫ in ſũ. eo. ti. q. xxxj. B.

Utrum poſſint recipi nũmi criſmales A. i. q̄ ꝓ criſmate dant̃. B. R̃. Nō excuſātur a crimine ſymonie. et illi qui rei nomen ⁊ tp̄s ſolutōnis mutantes nummos q̄s pꝛimo criſmales eo ꝙ ꝓ criſmate ſiue criſmatōe dareñt. ſc̄do. paſchales. A. Jtē ſũt qd̄ criſmales. ſic dicti quia ꝯſueuerũt recipi in paſcha tp̄e criſmatōnis. vt in. c. infra. allega. B. ⁊ t̃tio. ꝯſuetudinē medie q̄dragesime nuncupant. A. quia hoc tp̄e q̄dragesime hos denarios exigebant añ criſmatōnis tp̄s ad palliandum ſymoniā vt in. c. qd̄ ſequit̃. B. extra eo. in tantuꝫ.

Quid ſi aliquis dignꝰ ꝓmoueri dat aliquid ianitoꝛi vt eum ꝑmittat intrare ad ep̄m ad petēdũ ꝯfirmatōꝫ electōis vel aliquid hm̄ōi: R̃. ſm̄ Wil. Nō ē ſymonia ſi nō det coꝛrupta intentōne vt ſcꝫ ꝑ interceſſioneꝫ illoꝝ quibꝰ dat ꝯſeq̄tur qd̄ intēdit. Et idē credo ſi det aliq̄d familie ep̄i ne videat̃ auarꝰ. ⁊ vt faciliꝰ hēat acceſſũ aut etiā de largitate laudet̃. licꝫ talia poſſint fieri cũ pc̄to. vt ſi fiāt cā iactantie vel inanis gl'e. A. Jdem in ſum. eo. titu. queſti. xxxv. B.

¶ Quid ſi do pecuniam mercatori in ſocietate ꝛ conuenio ſecū q̄ dabit mihi certam ptem de lucro ꝛ nihil dico de damno Rn̄o. debet intelligi eadem ps de damno. vt Inſti. de ſoci. §. illud. A. et ibi patet q̄ idem eſt econtra videlicet quando tm̄ exꝓſſa eſt ps damni. quia eadem intelligit tacite etia3 de lucro. B.

Societas vꝰ. quantum ad aliqua alia ad materiam huius. c. pertinentia.

¶ Primo igit q̄ro. Quid ſi capitale pecunie poſite ī ſocietate ſit cāu p̄ditū. an in dubio ſit dānū cōe vel tm̄ illiꝰ q̄ pecuniā poſuit? Rn̄. et glo. in. l. ſi non fuerit. §. j. ff. ꝓ ſoci. q̄ in dubio nō eſt ꝯmūe. et ſic erit illiꝰ tm̄ q̄ pecuniā poſuit. Glo. tñ in. l. j. C. ꝓ ſo. dicit ꝯtrariū. ſc3 q̄ ſit damnū cōe ꝓ p̄ma opiniōe q̄ nō ſit cōe facit ſm dominū Angelū q̄ ille q̄ capitale ponit nō dicit ꝯicare capitale ſed fructū eius. ſicut ꝛ ille qui opam ponit dicit ſolū fructū pſone ſue ꝯmunicare. vt ſupra. ſocietas pmo. in principio. ī additōe magna. Ite3 quia ſatis hēt ille de dāno qui operas poſuit ſi opas p̄didit abſq3 eo q̄ teneatur ad pte3 capitalis perditi. Dicit tamen Pe. quem refert Cy. ī. l. j. C. ꝓ ſoci. q̄ aut capitale ſtati eſt p̄ditum cāu fortuito anq̄ alter ſocius opas poneret. et damnū erit cōe. aut poſt opas p̄ſtitas ꝛ p̄ditas. ꝛ tunc damnum erit illius tm̄ q̄ pecuniam poſuit. ſatis enim habet ille d̄ damno qui opas p̄didit. Et hanc opini. Cy. ibi dicit eſſe equiorē. De iuris tamē ciuilis rigore licet ſtatim peat ſi tamen pit ex cauſa ſocietatis: damnū videt eē cōe. l. ſi id quod. §. j. ff. pro ſoci. ſm dn̄m Ange. Et addit. Opio tñ Pe. quā ſeq̄t. Cy. mihi magis placet p̄ſertim ī foro cōſcie. cū ꝯuenire videat arbitrio bōi viri qd̄ ī hoc iudicio d̄ſat. l. ī ꝓpoita. ff. ꝓ ſo.

ita tamen ꝙ ſi qͥ in principio ſocietatis
totū capitale eſſꝫ ꝑditū ⁊ modice opꝫ ꝑ-
ſtite tūc adhuc putareſ ꝙ ꝓ aliq̄ ꝑte ille
q̄ opas ponit ꝑticipare debeat de ꝑiculo
capitalis poſtq̄ rōe dicti capital' etiā ꝑ-
ticipatur⁹ erat de lucro. ar. dicte. l. ſi nō
fuerit. in principio. ⁊ l. quid enī. ff. ꝓ ſo.
Ja. do de are. dicit indiſtincte damnū de
bere eē cōe. Bal. vero ait. tu dic ꝙ qua-
ten⁹ ē cōe lucꝝ eaten⁹ dꝫ eē cōe ⁊ damnū
⁊ nō al'r. ⁊ hoc videt̄ veri⁹ qꝛ eq̄li ꝑte dā
nū cū lucro debet ꝯcurrē. vt Inſti. eo. §.
illud. Nec aliud dānū videt̄ poſſe ꝯtige-
re in hac ſocietate coīcādū īnt̄ ꝑtes niſi
erga capitale. Naꝫ ſi ille qui ponit opas
ꝑdit eaꝝ fructū. ſil'r ⁊ alter ꝑdit fructū
pecunie que adīuicē ꝯferunt̄. vt ſup̄. ſo-
cietas j. in principio. in additōe ſecūda.
Quod ⁊ notat reuerend⁹ pater ſanctus
Bernardinus de Senis in ſuis cōtracti
bꝫ (vt mihi videt̄) ſermōe. xxxix. Itē ſꝫm
p̄fatū dn̄m Angelū. ſi ꝯſuetudo aliq̄ ap-
parēt circa p̄dictā ſocietatē q̄ nō repug
ret rōni ⁊ eq̄tati eēt ſeruāda. Unde ſi cō
ſuetudo foret ꝙ ꝑiculū capitalis ī dubio
ſit ꝯmune. qꝛ illud qđ eſt in ꝯſuetudīe vi
det̄ actū inter ꝑtes. l. ſi prius. §. placuit
al' icipit. recte. ff. de aqua plu. arcen. tūc
dicerē ꝙ ꝑiculū ſit cōe poſtq̄ hoc pōt fie
ri ꝑ pactū exp̄ſſū vt tenet glo. xiiij. q. iij.
pleriqꝫ. Itē ſꝫm eundē ſi tale dānū capi-
talis ꝓcederet dolo vel culpa alicuius ſo
cioꝝ illius ſolius erit ꝑiculum cum ſo-
cius de dolo ⁊ culpa teneat̄. vt. l. ſocium
ff. pro ſocio. In qua culpa ꝯprehenditur
non ſolum lata. ſed etiā leuis. non autē
leuiſſima. Sufficit enī ꝙ ſocius taleꝫ di
ligentiā adhibeat qualeꝫ in ꝓprijs adhi-
bere conſueuit. ar. dicte. l. ſocium. Nam
etſi expreſſe quis in ſe periculū ſuſcepiſ
ſet nō tn̄ intelligit̄ de illo quod venit ex
culpa ꝯſocij. vt. l. pl't. C. de nautico feno
Collige ergo ꝙ ſi appꝫ pactū vel cōſue-
tudo nō irratōnabilis hec ſeruanda ſit.
ꝙ ſi non apparet ī dubio damnū capita-
lis erit pro ea parte ꝓ qua erat ⁊ lucruꝫ.
niſi interueniret dolus vel culpa ꝯſocij.
quia tunc illius tn̄ erit.

¶ Sꝫ nūq̄d dānū ꝑſōe opas ponētis dꝫ
īuicē ꝯicari? R. videt̄ ꝙ nō. vt. ff. eo. l. ſo
ciū. §. ſoci⁹. vbi dr̄. ſoci⁹ cū reſiſtēt ꝯſibus
ſeruis venalibꝫ ad fugā erūpētibꝫ vulne
rat⁹ ē impenſā quā ī curādo ſe fecerit nō
ꝯſecutuꝝ. qꝛ id nō in ſocietate q̄uis ꝓpt̄
ſocietatē impenſū ſit. qđ indiſtīcte p̄t in-
telligi veꝝ qn̄ hoc damnū ꝯtingit culpa
ꝑſone al' videt̄ ſatis equū ꝙ ſicut ipe ꝑ-
ticipat de dāno capitalis ita ⁊ alter ꝑti-
cipet aliquid de dāno ꝑſone qđ euenit ꝓ
pter ſocietatē. cū ⁊ ſocietas etiā ꝑticula
riū reꝝ ius quoddā fraternitatis habe-
at. vt. l. verum. in principio. ff. eo.

¶ Quid ſi finito tēpore ſocietatis nō re
ꝑit̄ niſi capitale. an dictū capitale pecu-
nie ſit cōe vel tn̄ illi⁹ qui poſuit? R. Cir-
ca hoc diuerſi diuerſimode ſentire videt̄
Nam glo. in. l. j. C. eo. videt̄ ſentire ꝙ eq̄
liter diuidi debeat niſi aliud ſit ꝑ pactū
declaratū aut ꝑ conſuetudinē introdu-
ctum. p̄fatus vero dn̄s Angelus ſētit ꝙ
quaten⁹ opas preſtans participat de dā
no capitalis eatenus et ipius capital' ꝑ-
tē ſortiat̄. ſꝫ certe hoc iure ꝓbari non vi-
det̄. vn̄ tu dic ſꝫm Jaco. de arc. ꝙ non ſo-
lū de ꝯſuetudine ſed etiā de iure ē ꝙ ca-
pitale hoc cāu ſit ſaluū. Quare enī ſoci
us meus ipius capitalis ꝑtem debet ha-
bere. Et ſi dicas ꝙ ponit opam. R. ꝙ p̄ci
um opere intelligit̄ eſſe correſpondēs ī-
teruſurio pecunie non autē ipi ſorti. Et
ſatis facit quod dictum eſt in additione
ſcđa ſupra. ſocietas j. ī p̄ncipio. ꝓinde ſi
vnus ponit comoditatē opere equidem.
⁊ alt̄ ponit comoditatē pecunie. nō ꝓpri
etatē. Finge enī ꝙ vnus ponit in ſocie-
tate mille milia. alter operā tn̄. tūc hic
nulla p̄t eē ꝓportio niſi đ comoditate o-
pere reſpectu comoditatis pecunie. non
aūt de ipa totali ſorte. ⁊ ita etiam ſentit
Bal. quod ⁊ notat p̄fatus reuerend⁹ pa-
ter vbi ſupra. nuꝑ coronatus incelis. ac
miraculis ꝑ orbem coruſcans.

¶ Utꝝ vn⁹ ſocioꝝ poſſit paciſci vt duas
ꝑtes lucri ⁊ vnā damni ferat ⁊ ali⁹ econ
tra duas dāni ⁊ vnā lucri? R. ſꝫm dictuꝫ
dn̄m Angelū ꝙ nō. qꝛ vn⁹ ſocioꝝ non p̄t
plus de lucro ꝑticipare q̄ de dāno ne dū
de iure diuino ⁊ canonico ſed etiam ciui
li. vt. l. mutius. ff. eo. ſimil'r nō valet pa-
ctū. ꝙ deducto damno vn⁹ habeat duas
ꝑtes lucri. alter vero vnā. niſi ille q̄ plus
hꝫ de lucro tantundeꝫ plus pecunie ope
re aut induſtrie in ſocietate poſuerit. vt
l. ſi nō fuerit. in principio. et ī glo. ff. eo.

Et multomin⁹ valet pactum. vt vnus tm̄
lucrum alter tm̄ damnū ſentiat. eſſet em̄
nequiſſimū genus ſocietatis. que leoni-
na appellaṫ. dicta. l. ſi nō fuerit ad fi. Qđ
verū eſt niſi ille qui tm̄ operas ponit ali
quid certū p ſua opa vellet ſine damno.
quia hoc poſſet non tanq̄ ſocius ſed tan
q̄ locator. vt ſupra. ſocietas j. §. j.
¶ Sʒ an poſſit paciſci q̄ capitale ſit ſal
uum? Rñ. de iure canonico ⁊ in foro ꝯſcie
nō pt̄ ſm dñm Angelū. ⁊ ita ſentit glo. ĩ
c. plerīqʒ. xiiij. q. iij. De iure aūt ciuili ſt̄
opiones. Nam Bal. in. l. j. C. eo. q. ix. te-
net q̄ tale pactū nō valet neqʒ ex forma
ꝯtract⁹ neqʒ ex ei⁹ natura. ideo dicit. q̄ ſa
pit vſurariā prauitatē. Hoſti. aūt in ſua
ſūma in ti. de vſuris. §. an aliquo caſu.
tenet q̄ de iure ciuili talis ſocietas valet
magis ex vi pacti q̄ ex natura ꝯtractus
Sed dictū Bal. videṫ verius vt ex p̄cedē
tibus colligi pt̄ etiā in primo. §. Scđm
oīes aūt hoc pactū non eſt equū nec in
iudicio anime ſeruandum. vt notat dñs
Anto. de Bu. in. c. fi. extra. de vſuṙ.
¶ Sed quid ſi vterqʒ ſocioꝝ ponit pecu-
niam ⁊ operaʒ: ſed vnus ponit maiorem
quantitatē q̄ alter? Rñ. ſm dñm Ange-
lum. ſiue ſit factū pactū p quota pte q̄s
lucrū ⁊ damnū ſentiat ſiue non. nō ſolū
in foro ꝯſcientie: ſed etiam de iure ciuili
ꝯſiderandū eſt quis eoꝝ in effectu plus ĩ
ſocietate poſuerit. vt ille maiorem ptem
accipiat. licʒ em̄ ex vna pte maior fuerit
ſūma. poſſet tñ tanta eſſe induſtria alte-
rius q̄ excederet illū qui maiorem ꝯtulit
ſūmam vt ſi ſolus nauiget. pegrineṫ. pi-
cula ſuſtineat. dicta. l. ſi non fuerit. ĩ p̄n
cipio. et. l. quid em̄. ff. eo.
¶ Sʒ vtꝝ ille q̄ tm̄ opas ponit qñ pfici-
ſciṫ cā ſocietatis debeat habē expēſas de
corpe ſocietatis? Rñ. ſm dñm Angelū.
Ja. de are. et Cy. dicūt in. l. j. C. eo. q̄ ſic.
q² lucrū nō diciṫ niſi deductis expenſis.
ff. eo. l. mutius. qđ intelligit Bal. ĩ dc̄ta.
l. j. exceptis expēſis q̄s factur⁹ eſſet domi
q² ille nō debent fieri de corpe ſocietatis.
ar. l. ſed ⁊ ſi lege. §. qđ aūt. ff. de peti. here
di. Putarē tñ ĩ hoc ſeruādā eſſe ꝯſuetu-
dinem etiā in foro ꝯſcie. cū ſit optima le-
gum interpres. ff. de legi. ſi de interp̄tatō
ne. cū ⁊ tacite videaṫ actuʒ qđ fieri ꝯſue-
uit. vt. l. licet. C. locati.

¶ Sed p quib⁹ ptib⁹ teneṅṫ ad ſolutōeʒ
penſionis fūdici vel apothece ꝯducte ſo-
cij ex diſparib⁹ ptib⁹? Rñ. ſm dñm Ange-
lum. Locanti teneṅṫ p equalib⁹ ptibus.
inter ſe auteʒ teneṅṫ p rata ſocietatis. et
ita diuidere debēt dictū debitū mercedis
ſicut diuidūt p̄ncipale. ⁊ ſcđm dictas diſ
pares ptes. qđ et tenet Bal. in. l. j. C. eo.
vbi etiā dicit q̄ ſm dictas ptes diſpares
diuidi q̄ʒ debēt ſupellectilia et maſſaritie
ſocietatis. Qđ ſequēdū oīi iure vr̄. cuʒ
ꝯueīat arbitrio boni viri qđ ĩ hoc ꝯſ̄ctu
maxime adeſſe debet. l. in ꝓpoſita. ff. eo.
¶ Quid vō ſi pditū eſt capitale ante fi-
nitum tēpus ſocietatis. nūquid ille q̄ po
ſuit tenetur iteruʒ ponere? Rñ. ſm dñm
Angelū q̄ non. ⁊ tenet glo. in dicta. l. ſi ñ
fuerit. §. j. ff. eo. et in dicta. l. j. C. eo. A.
De ſocietate vero ſeu locatione animali
um dicetur infra. vſura ij. B.

Sodomia. Si quis cō-
tra naturam peccauerit. ſi cleri-
cus eſt: deponi debet. vel ſi appa-
ret corrigibilis debet tradi religioni ad
ppetuam penitentiam peragendam. Si
layꝯcus excōmunicari. et a cetu fidelium
vſqʒ ad condignam ſatiſfactionem fieri
alienus. extra. de exceſ. prela. clerici. A.
ſcđm leges autem tales vltimo ſupplicio
ꝯdēnantur. quia ꝓpter hoc peccatum de-
us iratus mittit peſtilentias. fames. ⁊ t-
remotus. in Auten. vt non luxu. ꝯ natu
ram. coll. vj. B. ⁊ hoc vitiū mai⁹ ē q̄ ſi ali
quis cognoſcēt carnaliter matreʒ. xxxij.
q. vij. adulterij. ⁊ de hoc ⁊ alijs ſpeciebus
luxurie ſupra. luxuria. §. j.

Solicitudo. Vtrum ſit
licitum ſolicitudinem gerere de
temporalibus? Rñ. ſm Tho. ſcđa
ſcđe. q. lv. Solicitudo tpalium tripliciṫ
poteſt eſſe illicita. Primo modo ex pte e⁹
de quo ſolicitamur. vt ſi tempalia tanq̄
finē queram⁹. vñ Aug⁹ dicit in li. de opi-
bus monachoꝝ. cū dñs dicit. nolite ſoli-
citi eſſe ⁊c̄. hoc dicit vt nō iſta ĩtueanṫ. ⁊
ꝓpter iſta faciāt quicq̄d ĩ euāgelij p̄dica-
tōne facē iubenṫ. Scđo mō pt̄ eſſe tpali
um ſolicitudo illicita ꝓpter ſupfluuʒ ſtu
dium qđ apponiṫ ad tpalia pcurāda ꝓpt̄
qđ homo a ſpūalib⁹ quibus principaliter
inſeruire debet retrahitur. ⁊ ideo dicitur

Math.xiij.q̄ ſolicitudo ſeculi ſuffocat v-
buȝ dei. Tertiō mō ex pte timoris ſupflui
qñ.ſ.aliq̃s timet ne faciendo qḋ dȝ nccīa
ſibi deficiant. A. plus in ſe q̄ in dño ↄfi-
dendo. B. qḋ dñs tripl'r excludit. Primo
ꝓpt̄ maiora bñficia homī pſtita diuinit⁹
pt̄er ſuā ſolicitudinē.ſ.corp⁹ ⁊ aīam. Se-
cūdo ꝓpter ſubuentionē qua de⁹ aīalib⁹ ⁊
plantis ſubuenit abſq; hūano ope. Ter-
tio ex diuina ꝓuidentia ꝓpter cui⁹ igno-
rantiā gentes circa bona tpalia queren-
da pncipaliter ſolicitāt̄. Et ideo ↄcludit
q̄ pncipalit̄ ſolicitudo nr̄a dȝ eſſe de ſpūa
lib⁹ bonis ſperātes q̄ etiā tpalia nobis ꝓ
uenient ad neceſſitateȝ ſi fecerim⁹ qḋ de-
bemus. vnde dicit̄ Math.vj. pmū queri-
te regnū dei ⁊ iuſticiā ei⁹. ⁊ hec oīa adijci
entur vobis. De hac materia aliquid ha
bes ſupra.epus.§.pl't.

Sortilegium primo.ſ.

ars diuinādi. Differt aūt a ꝓphe-
tia. quia ꝓphetia accipit̄ in bono
et fit gratis. ſortilegium vō in malo ⁊ fit
cōmuniter pro pecunia.j. q.j.duces. al'
iudices.et.c.ſe.

¶ Quot ſunt genera diuinationis? Rō.
ſm Tho.ſcḋa ſcḋe.q.xcv. Omnis diuina
tio vtit̄ aliq̄ demonū auxilio qḋ quidem
vel expſſe īplorat̄. vel pt̄er petitōeȝ hoīs
ſe occulte demū ingerit ad pnūciandum
quedaȝ futura que hoīb⁹ ſunt ignota eis
aūt cognita. Unde triplex eſt diuinatōis
genus. pmū eſt ꝑ manifeſtā demonū īuo
cationē. qḋ ptinet ad nigromanticos. ſe
cundū ꝑ ſolā ↄſiderationem diſpōnis vel
motus alteri⁹ rei. qḋ ptinet ad augures.
tertium eſt dum facimus aliquid vt ma-
nifeſtetur aliqḋ occultum. qḋ ptinet ad
ſortes. Sub quolibet autem iſtorum ml'
ta ↄtinentur de quibus in ſequentibus.
§.dicitur. ⁊ etiam habentur.xxvj.q.iiij.
Igit̄ genus.et.q.v.nec mirum.

¶ Quot modis fit diuinatō ꝑ demonuȝ
īuocationē? Rō.ſm Tho.vbi ſupra. De-
mones expſſe īuocati ſolent futura pnū
ciare multipliciter. Qñq; quideȝ pſtigio-
ſis quibuſdā apparitionib⁹ ſe aſpectui vl'
auditui hominū ingerentes ad prenūci-
andum futura. ⁊ hec ſpecies vocatur pre
ſtigiuȝ. Quādoq; autē per ſomnia. ⁊ hec
vocat̄ diuinatio ſomnioꝝ. Qñq; autem
ꝑ mortuoꝝ aliquoꝝ apparitioneȝ vel lo-
cutionē. ⁊ hec vocat̄ nigromantia (q: vt
dic Iſidor⁹ in li. Ethimologiaruȝ. nigron
grece mortu⁹. manchia vō diuinatio nū-
cupat̄) q: quibuſdā pcantatōib⁹ adhibi-
to ſanguine vident̄ reſuſcitari mortui di
uinare ⁊ ad interrogata reſpondere. Qñ
q; vō futura pnunciant per homines vi
uos ſicut in arepticijs patet. ⁊ hec eſt di-
uinatio ꝑ phitones vt Iſidor⁹ dicit. quia
a phitone apolline ſūt dicti. qui diceba-
tur eſſe auctor diuinandi. Qñq; autē fu-
tura pnūciāt ꝑ aliquas figuras vl' ſigna
que in rebus īanimatis apparent. que q̄-
dem ſi appareant ī aliquo corpe terreſtri
puta vngue vel ferro aut lapide polito.
vocatur geomantia. Si autem in aqua
idromantia. Si in aere. aerimātia. Si
in igne pyromantia. Si autem in viſce-
ribus animaliū īmolatoꝝ in aris demo-
num. vocatur auriſpitium.

¶ Quot modis fit iſta diuinatio de q̄ di
ctū ē in.ij.§.que fit ꝑ ↄſiderationē diſpo
ſitionis vel motus alterius rei? Rō. ſm
Tho. vbi ſup. Fit multipl'r. Nā ſi conet̄
aliq̄s pnoſcē futura ex ↄſideratōne ſitus
vel motus ſyderꝝ. hoc ptinet ad aſtrolo-
gos q̄ etiā genitaliaci dicūt̄ ꝓpter ↄſide-
rationes nataliū dieruȝ. Si vō ꝑ motus
vel voces auiū ſiue quorūdam aīaliū ſi-
ue ꝑ ſternutationes hominū vel mēbro-
rum ſaltus. hec ptinēt generalit̄ ad augu
riū. ⁊ dr̄ a garritu auiū. ſicut auriſpiciū
ab inſpectōne auiū. quoꝝ pmū ptinet ad
aures. ſecūdū ad oculos. In auib⁹ eī hu-
iuſmodi pcipue ↄſiderari ſolēt. Si vō hu
iuſmōi ↄſideratō fiat circa verba hominū
alia intentōne dicta. que quis retorquet
ad futurū qḋ vult pnoſcere vocat̄ omen
Si autē cōſiderent̄ alique diſpoſitiones
figurarum ī aliquib⁹ corporib⁹ viſui oc-
currentes erit alia diuinationis ſpecies
Nam ex liniamentis manuū ↄſideratis
diuinatio ciromantia vocat̄. ciros enim
grece dicit̄ man⁹ latine. Diuinatō vō ex
quibuſdā figuris in ſpatula alicui⁹ aīa-
lis vocatur ſpatulamātia.

¶ Quot modis fit iſta diuinatio de qua
dictum eſt ſupra. in ij.§.ſ. que ptinet ad
ſortes? Rō. ſm Tho. ſcḋa ſcḋe. q. xcv. Hec
diuinatio fit ex conſideratione eorū que
eueniunt ex quibuſdam que ab homini-
bus ſerioſe fiunt ad aliquid occultum

inquirendū. ⁊ hoc multiplr̄. Fit enī qn̄q3
ꝑ ꝓtractionē punctoꝝ. qđ ꝑtinet ad artē
geomātie. Qn̄q3 ꝑ ꝯſiderationē figuraꝝ
que ꝓueniunt ex plūbo liquefacto in aq̄
ꝓiecto. Qn̄q3 ꝑ quaſdā ſcedulas ſcriptas
vel non ſcriptas in occulto poſitas dum
ꝯſideratur quis quam accipiat. Silr̄ in
feſtucis inequalibus ꝓpoſitis quis maio
rem vel minorem accipiat. vel etiam ex
taxillorum ꝓiectione quis plura puncta
ꝓijciat. vel etiam du3 conſideratur quid
apienti librum occurrat. que omnia ſor⸗
tium nomen habent.
¶ Utꝝ oīs diuinatō ſiue ſupſtitō ſit illi⸗
cita: R̄e. ſm Ray. Oīs diuinatō ꝓhibita ē
a deo ⁊ ſctā eccleſia. cū enī futura que ſo
lius dei ſūt aliq̄ ꝑ hoc iuenire laborāt di
uinitatis iura creaturis attribuunt Iſa.
xlj. Annūciate nobis q̄ futura ſūt in fu⸗
turū. ⁊ ſciem⁹ ꝙ dij eſtis vos. Itē Leuit.
xix. Nō augurabimi nec obſeruabitis ſō
nia. Et ibidem. xx. Anima q̄ declinauerit
ad magos ⁊ ariolos. ⁊ ſequit̄. inficiā illā
de medio ꝓplī mei ⁊c̄. ⁊ multa ſilīa. ⁊ ſicut
dīc Aug⁹. vanitas artiū magicaꝝ ex tra
ditione maloꝝ angeloꝝ in toto terraru3
orbe plurimis ſeculis īualuit. ⁊ ꝑ īuentō
nes eoꝝ īuenta ſūt auriſpitia auguratō⸗
nes ⁊ ea q̄ dicūt̄ oracula ⁊ nigromātia.
xxvj. q. ij. q̄ ſine ſaluatore. ⁊ ſilr̄ de ꝓhibi
tione taliū. xxvj. q. v. ꝑ totū. ⁊. q. vij. nō l3
⁊ ī q̄tuor. c. ſe. extra eo. ꝑ totū. Et ſilr̄ ad
genu⁹ ſupſtitionis ꝑtinēt om̄es ligature
et remedia q̄ medicoru3 quoq3 diſciplina
ꝯdēnat ſiue in verbis ſiue in caracteribꝫ.
ſiue in quibuſcūq3 rebꝫ ſuſpendendis. vel
ligandis. vel ſoluēdis. ſicut inaures. vel
anuli in digitis. Item ſi iunctis ambulā
tibus amicis lepus aut puer interuenerit
medius. Item redire ad lectū ſi dū ſe cal
ceat ſternutauerit. Redire ad domū ſi ꝓ⸗
cedens offenderit. hec ⁊ multa huiuſmo⸗
di. xxvj. q. ij. illud. Item non ſunt obſer⸗
uandi dies egẏptiaci. aut kl̄e Ianuarij.
aut menſes. vel dies. aut lune ſoliſq3 cur
ſus ⁊ huiuſmodi. xxvj. q. vij. nō obſerue⸗
tis. Non tn̄ ꝯdēnant̄ ruſtici qui ſeruant
tēpora ad ſeminandū vel ad incidendum
arbores ⁊ hmōi que naturalē habēt ratō
nem. ſilr̄ ⁊ phiſici circa medicinas ⁊ mi⸗
nutiones faciendas ⁊ hmōi. Na3 illud dr̄
ſupſtitioſum et ꝓhibitū qđ nō habet au⸗
ctoritatem a natura ſeu ſcriptura diuina
vel eccleſiaſtica ſeu ſanctorum patrum.
ij. q. v. conſuluiſti.
¶ Querit̄ h̄ ſpāliter. vtꝝ diuinatō ꝑ in⸗
uocationē demonū ſit illicita: R̄e. ſm tho
vbi ſup̄. ſic Deut̄. xviij. Non inueniat̄ in
te qui ariolos ſciſcitet̄ nec phitones con
ſulat ⁊ hmōi. duplex eſt cauſa. Prima q2
ꝑ inuocatōe3 demonū fit pactū expſſum
cū demone. ⁊ hoc eſt oīno illicitū. vn̄ ꝯtra
quoſdam dicit̄ Iſa. xxviij. dixiſtis ꝑcuſſi
mus fedus cū morte ⁊ cū inferno fecim⁹
pactum. ⁊ adhuc grauius eſſet ſi ſacrifi⸗
ciū ⁊ reuerētia demoni īuocato exhibere
tur. Scđa ꝓpter ꝑiculū ꝯſequens. demon
enī qui intendit ꝑditionē hoīm. de hmōi
ſuis rn̄ſis etiā ſi aliqn̄ vera dicat intēdit
hoīes aſſueſcere ad hoc vt ei credat̄. ⁊ ſic
intendit ꝑducere in aliquid qđ ſit ſaluti
humane nociuū. vnde Athanaſius expo
nens illud Luc. iiij. increpauit illu3 dn̄s
obmuteſce dicit. q̄uis vera fateretur de⸗
mon. ꝯpēſcebat tn̄ xp̄c ei⁹ ſermonē ne ſil̄
cū veritate iniquitatē ꝓmulgaret vt nos
etiā aſſuefaciat ne curemus de talibꝫ lo⸗
qui etiā ſi vera videāt̄. Nephas ei ē vt cū
aſſit nobis ſcriptura diuina a dẏabolo ī
ſtruamur. De eo aūt ꝙ Saul phitoniſſā
ꝯſuluit q̄ diuinauit. j Reg. xxviij. dīc Au
g⁹ ad Simplicianū. nō eſt abſurdū cre⸗
dere aliq̄ diſpenſatōe ꝑmiſſū fuiſſe vt nō
dominā te arte magica vel potētia: ſed di
ſpenſatione occulta que phitoniſſā ⁊ ſau
lem latebat ſe oñderet ſpūs iuſti aſpecti⸗
bus regis diuina eū ſnīa ꝑcuſſur⁹. vel nō
vere ſpūs Samuelis a requie ſua excita
tus eſt: ſed aliqđ fantaſma et illuſio ẏma
ginaria dẏaboli machinatōnibus facta
quā ſcriptura Samuele3 appellat (ſicut
ſolent ẏmagines rerum ſuarum nomini
b⁹ appellari) xxvj. q. v. nec mirū. A. ⁊ ibi
patet ꝙ Aug⁹ videt̄ firmare hanc ſnīam
videlicet ꝙ Samuelis apparitio poti⁹ fu⸗
erit preſtigioſa ſeu fantaſtica et dẏaboli
ca illuſio. B.
¶ Utrum diuinatio ꝑ aſtra ſit licita: R̄e.
ſm Tho. vbi ſupra. duplices effectus ſb⸗
ſunt̄ cauſalitati celeſtiū corpoꝝ. Prio
quidem omnes effectus per accn̄s ꝯtin⸗
gentes. ſiue in rebus humanis. ſiue in re
bus naturalibꝫ. q2 vt ꝓbatur. vj. metha⸗
phi. ens ꝑ accn̄s nō h3 cauſā. et precipue

naturalez. vt q̄ lapide cadente fiat terre
motus vel q̄ homīe fodiente īueniat̄ the
ſaurus. Sc̄do aūt ſubtrahit̄ cauſalitati
celeſtiuz corpoꝝ act⁹ liberi arbitrij. poſ
ſunt tñ celeſtia diſpoſitiue inclinare in
quātū ip̄mūt ī corp⁹ hūanū. ſ3 tñ ex hoc
nulla nccītas libero arbitrio īponit̄. Si
quis ḡ ꝯſideratōe aſtroꝝ vtat̄ ad p̄dicta
duo. ſ. ad ꝯgnoſcēdū futura caſualia ſiue
fortuita. aut etiā ad cognoſcēdū ꝑ certi
tudinē futura opa hominū ꝓcedit hoc ex
falſa ꝛ vana opīone hominū. ꝛ tūc opa
tio demonis ſe īmiſcet. vñ erit diuinatio
illicita. A. Vñ et Aug⁹ in li. de doctrina
xp̄iana. ꝛ. xxvj. q. ij. Illud. dicit. Neq3 ab
hoc genere ſupſtitionis ꝑniciose ſegregā
di ſunt qui olim genitaliaci ꝓpter natali
um ꝯſiderationes dierū. nūc aūt mathe
matici vocant̄. Nā ꝛ ipſi q̄uis verā ſtel
larum poſitionē cū q̄s naſcit̄ ꝯſequūt̄ et
aliqñ ꝑueſtigant. tñ q̄ inde conātur vel
actiones noſtras vel actionū euentus p
ducere nimis errant. ideo xp̄ianis penit⁹
ꝓhibet̄ in ſuis opib⁹ obſeruare lune vel
ſtellarū curſus. xxvj. q. v. nō licet. immo
hoc agere ȳdolatria reputat̄. ea. cā. q. ij.
c. illos. ꝛ. c. ſe. B. Si vō aliquis vtit̄ con
ſideratione aſtrorum ad p̄cognoſcenduz
futura que ex celeſtib⁹ corporib⁹ cauſan
tur: puta ſiccitates vel pluuias ꝛ huiuſ
modi non eſſet illicitum.

¶ Vtꝝ diuinatio que fit ꝑ ſomnia ſit il
licita? Rñ. ſm Tho. vbi ſup̄. ſiq̄s vtatur
ſomnijs ad p̄cognoſcēdū futura ſm q̄ ſō
nia ꝓcedunt ex reuelatione diuina. vt ſō
nia Pharaonis. vel ſm q̄ ꝓcedūt ex na
turali cauſa intrinſeca. vt cum habūdās
humore frigido ſomniat q̄ ſit in aqua vl̄
niue. ſiue extrīſeca vt ex aere. vel imp̄ſſio
ne celeſti q̄tum ſe poteſt ōtus talis extē
dere. non erit illicita talis diuinatio. A.
quia eſt demonſtratio quedam cauſaruz
naturalium ſm phiſicos. B. Si aūt diui
natio huiuſmōi cauſetur ex reuelatione
demonum cum quib⁹ pacta habent̄ exp̄ſ
ſa quia ad hoc inuocant̄ vel tacita quia
huiuſmodi diuinatio extendit̄ ad id ad
qđ non poteſt ſe extendere. A. ſ. ſm natu
ram vel ex indubitata reuelatione diui
na vt p̄tactum eſt. B. erit diuinatio illi
cita et ſuperſtitioſa.

¶ Vtꝝ diuinatō ꝑ auguria ſit licita? Rñ.
ſm Tho. vbi ſupra. Ex motu vel garritu
auiū futura agnoſci nō p̄nt ſicut ex cau
ſis. ſed inquātū ſūt effectus aliquaꝝ cau
ſarū que etiā ſūt cauſantes futuros euē
tus. Cauſa aūt operatōis omniū brutoꝝ
aīaliū eſt inſtinctus quidā quo mouent̄
in modū nature. ꝛ h̄ inſtinctus ex dupli
ci cauſa p̄t ꝓcedere. vno quidez mō ex cā
celeſti corꝑali. ꝛ ſm hoc nihil ꝓhibet eo
rum oꝑatōes eſſe futuroꝝ ſigna inquātū
ꝯformant̄ diſpoſitōib⁹ corpoꝝ celeſtium
ꝛ aeris ꝯtinentis. ex quo ꝓueniūt aliqui
futuri euentus. In hoc tñ duo ꝯſiderari
oportet. Primo quidē vt hmōi oꝑatōnes
nō extendant̄ niſi ad p̄cognoſcēdū illa fu
tura que cauſant̄ ꝑ motū celeſtiū corpo
rum ꝓut ſupra in. §. qui ē imediate ante
ꝓximū p̄cedentē dictū eſt. Sc̄do vt non
extendant̄ niſi ad ea que aliqualiter p̄nt
ad huiuſmōi aīalia ꝑtinere. Conſequūt̄
eñ ꝑ celeſtia corpora cognitionē quādā
naturalē ad ea que eoꝝ vite ſunt neceſſa
ria. ſicut mutatōes que fiūt ꝑ pluuias et
ventos et hmōi. Alio mō inſtinctus hu
iuſmodi cauſant̄ ex cā ſp̄uali. ſ. vl̄ ex deo
vt patz in colūba ſuꝑ xp̄m deſcendēte. ꝛ ī
coruo qui pauit Heliā. ꝛ in piſce qui ob
ſorbuit ꝛ eiecit Jonā. vel etiā ex demoni
bus qui vtunt̄ huiuſmōi oꝑatōnib⁹ bru
torum ad īplicandas aīas vanis opib⁹ ꝛ
opinionib⁹. ꝛ iſto modo non ſunt licita.
A. quia non ſūt ex cauſis naturalib⁹ vel
indubitata reuelatione diuina. vt poteſt
colligi ex dictis ſupra. §. viij. B. ꝛ eadem
ratō eſt de oīb⁹ alijs huiuſmōi. Qꝫ aūt Jo
ſeph ait Geñ. xliiij. q̄ non eſſet ei ſilis in
auguriandi ſcientia. intelligendū eſt ſm
Aug. q̄ hoc ioco dixit referens ad id qđ
vulgus de eo opinabatur. et ſic etiam di
ſpenſator eius locutus eſt. A. Idem ī ſū.
li. j. ti. xj. q. vij. B.

¶ Vtꝝ dīnatio ꝑ omina ſit licita? Rñ. ſm
Tho. vbi ſupra. Omen dr̄ qñ vba aliqua
alia intentōe dicta retorquent̄ ad futuꝝ
vt ſupra. in. §. iij. dictū eſt. huiuſmōi aūt
verba ꝛ ſi non ſubdant̄ diſpoſitōi ſtella
rum. diſponūt̄ tñ qñq3 quidē ſm diuinā
ꝓuidentiā. vt recitatio ſomnij quam au
diuit Gedeon Judith. viij. ꝛ vba puelle q̄
attendit Eliezer ſeruus Abrahe Geñ. x
xiiij. ꝛ ſic licet. A. hoc verum quando de
diuina reuelatione non dubitat̄. vt ſup̄.

§.viij.tactū eſt.B. fit etiā hoc qn̄qʒ ſm
operationem demonū.⁊ ſic eſt illicitum.
¶ Utrū diuinatio ſortiū ſit licita: R̄e.ſm
Tho.vbi ſupra.Sortes ꝓprie dicūt̄ cum
aliquid fit vt ꝑ eius euentū aliqd̄ occul⸗
tum īnoteſcat.⁊ quidē ſi querat̄ ꝑ ſortes
quid cui ſit exhibēdum vocat̄ diuiſoria
ſors.Si aūt querat̄ qd̄ agere oporteat vo
catur ꝯſultoria.Si vͦo querat̄ qd̄ ſit futu
ruʒ vocat̄ diuinatoria.Itaqʒ ſi euentus
ſortiū expectet̄ ex fortuna qd̄ locū habʒ
ſolū ī diuiſoria.nō vr̄ habē pctm̄ niſi for
te vitiū neceſſitatis.ſicut aliq̄ nō valen⸗
tes ꝯcorditer aliqd̄ diuidē.velint vti ſor⸗
tibꝫ exponētes fortune quis quā ꝑtē ac⸗
cipiat.Si vͦo euentus ſortiū expectet̄ ex
ſpūali cauſa.qn̄qʒ quidē expectat̄ ex de⸗
monibꝫ ſicut legit̄ Ezech.xxj.ꝙ rex ba⸗
bilonie ſtetit in biuio in capite duarū vi⸗
arum diuinatōēʒ querēs ⁊ ꝯmiſcens ſa⸗
gittas interrogauit ẏdola ⁊ exta ꝯſulu⸗
it.et hoc eſt illicitū.Qn̄qʒ vͦo expectat̄ a
deo ſicut illud.ꝓuer.xvj.Sortes mittūt̄
in ſȳnū ſed a dn̄o tpant̄.⁊ talis ſors ſm
ſe nō ē mala(vt Augꝰdicit)poteſt tn̄ in
hoc quadruplex peccatū īcidere.Primo
ſi abſqʒ neceſſitate ad ſortes recurratur.
hoc em̄ ad dei tēptationē videt̄ ꝑtinere.
Scd̄o ſi q̄s etiā in neceſſitate abſqʒ reue
rētia ſortibꝫ vtat̄.īmo cū magna delibe⸗
ratione ⁊ p̄miſſa orōne debet fieri.exem
plo aplōꝝ in electōe Mathie Act.j.Ter
tio ſi diuina oracula ad terrena negocia
ꝯuertant̄.vt dicit Augꝰad Januarium.
Quarto ſi in electionibꝫ eccleſiaſticis q̄
ex ſpūs ſc̄ti inſpiratōe fieri debēt.aliqui
ſortibꝫ vtant̄.ſecus autē eſt in tpalibus
dignitatibꝫ que ad terrena diſponēda or
dinant̄.in quoꝝ electione plerūqʒ hoīes
vtunt̄ ſortibꝫ.ſicut ⁊ in tpaliū rex diui⸗
ſione.Si g̊ neceſſitas īmineat.licituʒ eſt
cum debita reuerentia ſortibꝫ diuinū iu
diciū īplorare.ſicut tempore ꝑſecutionis
quis fugiat ne morte omniuʒ deſerat̄ ec⸗
cleſia.ſorte queri poteſt vt dicit Augꝰin
epl̄a ad Honoratum.⁊ cui danda ſit ele
moſina cū duo eque indigētes occurrūt
ceteris paribꝫ ⁊ vtriqʒ dari nō poteſt ſor
te iuſte querit̄.vt dic Augꝰ.j.de doc.xp̄i
ana.īmo etiā dicit ꝙ ꝓ litibꝫ dirimēdis
licet vti ſortibꝫ.xxvj.q.ij.ſors.Idē Hoſti.
Et intellige in his que tpalia ſūt.⁊ de ſor

te ſimplici ſine alia ſuꝑſtitione.A.In p̄⸗
dictis con.etiam Goff.vt in ſum.li.j.ti.
xj.q.viij. B.
¶ Quid de diuinātibꝫ vel etiā īueſtigan
tibꝫ occulta vt furta ⁊ hm̄ōi ꝑ īſpectōnē
aſtrolabij aut inſcriptōes vel inſpectōnē
in libris: R̄eo.ſm Wil.Nullo mō licʒ.ſed
ſuꝑſtitioſū eſt.extra eo.ex tuaꝝ.A.h̄ tex
bene facit.Et con.Goff.⁊ Hoſti.lʒ Raẏ.
aliud videatur ſenſiſſe.vt in ſū.eo.ti.q.
xvij.B.et reducitur ad diuinationem ꝑ
aſtra.de qua dictū eſt in.§.viij.aut etiaʒ
ad ſortes.de quibꝫ in p̄cedenti.§.habet̄.
A.huiuſmōi em̄ inquiſitōes furtoꝝ ⁊ ſi⸗
miliū nullatenꝰlicite reduci poſſūt ad in
quiſitionē ꝑ aſtra ſeu ꝑ ſortes vt ſatis ex
precedentibꝫ poteſt patere. B.
¶ Quomodo frequēter eueniant ea que
diuini predicūt: R̄eo.ſm Raẏ.qui ſic di⸗
cit.Augꝰhanc.q.ſoluit dicens hoc fieri
permiſſu dei vt illi qui hoc audiunt ⁊ vi
dent ꝓbent̄ in quali fide ſint.vn̄ Deut.
xiij.Si ſurrexerit ī medio tui ꝓpha aut
q̄ ſōniū dicat ſe vidiſſe ⁊ p̄dixerit ſignū
atqʒ portentū ⁊ venerit qd̄ locutꝰē.⁊ dix
erit tibi.eamus ⁊ ſequamur deos alienos
quos ignoras ⁊ ſeruiamꝰeis.nō audias
verba ꝓphe aut ſomniatoris.quia tēptat
vos deus vr̄.vt fiat palaʒ vtrū diligatis
eum an nō.xxvj.q.v.nec mirū.Tho.etiā
vbi ſupra dic.ꝙ hoc qd̄ a p̄ncipio hoīes
in iſtis obſeruationibꝫ aliq̄ exꝑti ſūt ca⸗
ſu accidit.ſed poſtmodū cū hoīes incipi
unt huiuſmodi obſeruationibꝫ animū ī⸗
plicare multa ſm huiuſmodi obſeruatō⸗
nes eueniunt ꝑ deceptiones demonuʒ.vt
his obſeruantijs homines īplicati curio
ſiores fiant ⁊ magis ſe inſerant multipli
cibus laqueis pernicioſi erroris.vt Au⸗
gꝰ dicit in.ij.de doc.xp̄ia.A.Idem in ſū.
eo.ti.q.xxij. B.
¶ Utrū liceat requirē a moriēte ꝙ r̄uelet
ſtatū ſuū poſt mortē: R̄e.ſm Tho.ī q̄libʒ
Nulla inordinatio videt̄ ſi quis requirat
a moriēte cognoſcē ſtatū eius poſt mor⸗
tem ſubiciēdo tn̄ hoc diuino iuditō.Un⸗
de nulla ratio videt̄ quare hoc debeat di
ci pctm̄ niſi forte ex dubitatōe fidei de fu
turo ſtatu quaſi temptādo inq̄rat.A.Jō
in ſū.eo.ti.q.xxiij.B.De pena diuinato
rū infra.ſortilegium ij.§.plt.De inuen⸗
tione maleficij ꝑ iudicium ferri candētis

aut aque buliētis ſup̄.duellū.§.pl'.i fi.

Sortilegium ij°.q̄ꝛtū ad
ſupſtitioſas obſeruantias. Et p̄
mo querit̄. Utrū liceat uti arte
notoria: Reſ. ſm Tho. ſcđa ſcđe. q. xcvj.
Ars notoria oīno eſt illicita et a xp̄iano
fugienda. Hec eſt ars per quā quidaꝫ ni
tuntur ſcientiam acquirere: ſed oīno in
efficax eſt. et fiunt ibi quedam pacta im
plicita cum demone. A. Idem in ſum. li.
j. ti. xj. q. x. B.

Utꝝ obſeruatōes que fiūt ad ſanitatē
ꝛ hmōi ſint licite: Reſ. ſm Tho. ubi ſup̄.
In his que fiunt ad aliquos effectus cor
porales inducendos ꝯſiderandū eſt utrū
naturaliter videant̄ poſſe tales effectus
cauſare. ꝛ ſic nō erit illicitū. Si aūt na-
turaliter nō videant̄ tales effectus cauſa
re poſſe. ꝯñs eſt q̄ ꝑtineāt ad p̄dicta pa-
cta cū demonibꝫ. ut ptꝫ p Aug. xxj. de ci-
ui. dei. Hoc aūt apparet ſpālīter cū adhi-
bent̄ aliqui caracteres. vel nomīa igno-
ta. vel alie quecūqꝫ varie obſeruationes
quas manifeſtū eſt naturalem efficatiā
nō habē. ꝛ talia ſemp ſūt ſupſtitioſa ꝛ il-
licita. Si tñ (ut dicit Ray̆) aliquis colli
gat herbā medicinalē cū ſimbolo vl' ora
tione dñica. vel ſcribit hec ī carta. ut po
nat ſup infirmū ut ſic in his tm̄ deus ho
noretur. non reprobat̄. dūmō nulla alia
ſupſtitioſa obſeruantia īmiſceat̄. xxv. q.
v. non licet. et. q. vij. non obſeruetis. Idē
in ſum. eo. ti. q. xj. B.

Utꝝ ſupendere diuina verba circa col
lum ſit pcēm: Reſ. ſm Tho. ſcđa ſcđe. q.
xcvj. In omnibꝫ adiuratōnibꝫ vl' ſcriptu
ris hmōi duo cauenda ſūt. Primo quidē
quid ſit quod ꝓfert̄ vl' ſcribit̄. qꝛ ſi ſit ali
quid ad īuocationē demonuꝫ ꝑtinens eſt
manifeſte ſupſtitioſū ꝛ illicitū. Silr ſi cō
tineat ignota nomīa. ſ. ne ſub illis aliqđ
illicitum lateat. ſicut Criſoˀ dicit. q̄ mul
ti ꝯfingunt aliqua nomīa hebraica an-
gelorum. ꝛ ſcribunt ꝛ alligant. que nō in
telligentibꝫ metuēda vident̄. Silr ne ali
quid falſitatis ꝯtineat. quia ſic eius effe-
ctus non poſſet expectari a deo qui non
eſt teſtis falſitatis. Scđo aūt cauendū ē
ne cū verbis ſacris cōtineant̄ ibi aliqua
vana: puta aliqui caracteres inſcripti p̄
ter ſignum crucis. Silr nec ſpes habea-
tur in modo ſcribendi. aut ligandi. aut ī
quacūqꝫ vanitate q̄ ad diuinā reuerētiā
nō ꝑtineat. qꝛ hoc iudicaret̄ ſupſtitioſū.
Unde. xxvj. q. v. nō liceat. dicit̄. Nō lice-
at nec in colligendo herbas medicinales
facē aliquas obſeruātias. aut incantatō
nes. Et ſm Wil. nō reprobant̄ breuia in
q̄bꝫ ſcribunt̄ v̄ba euāgelica tm̄: ſed ſi cre
dat̄ q̄ minus habeant efficatie ſi ſcribā-
tur alio tpe q̄ dum in eccleſia euāgeliuꝫ
legit̄. ſupſtitioſuꝫ eſt. Silr ſi ſcribantur
caracteres ꝛ nomīa īuſitata quaſi nomi
na dei ineffabilia. ꝛ in quibꝫ dicit̄ quicū-
qꝫ portauerit ſup ſe iſtud breue ꝛc̄. A. ſ.
nō ꝑiclitabit̄ ſic vel ſic. aut illud vl' illud
bonū ſibi ꝯtinget. ſm eundē Wil. ꝛ in ſū.
eo. ti. q. xiij. ubi hec notāt̄. B. reprobāda
ſunt. ꝛ peccāt q̄ ſcribunt. aut portāt. aut
donant. aut vendūt. aut portāda docent
niſi adeo fuerint ſimplices q̄ ignorantia
debeat eos excuſare. que etiā nō excuſat
ſi ſup hoc fuerit moniti vel inſtructi. A.
Tales enī graui pereunt ꝑditione. Unde
Augˀ. xxv. q. vij. non obſeruetis. loquen
do de huiuſmodi ſupſtitionibꝫ ꝛ diuinatō
nibus ait. Qui autē talibus credunt. aut
ad eorum domum euntes. aut ſuis domi
bus introducunt ꝛ interrogant. ſciāt ſe
fidem xp̄ianā ꝛ baptiſmum p̄uaricaſſe. ꝛ
paganum ꝛ apoſtatā. i. retro abeuntē et
dei inimicū iram dei grauiter in eternū
incurriſſe. niſi eccleſiaſtica penitētia emē
datus deo reconcilietur. Dicit enī aplus
j Cor̄. x. et Col'. iij. Siue manducatis ſi-
ue bibitis. ſiue aliquid aliud facitis ī no-
mine dñi noſtri Ihu xp̄i facite in quo vi
uimus. mouemur et ſumus. B.

Quid de ymaginibꝫ quas faciūt aſtro
nomi: Reſ. ſm Tho. ubi ſupra. Illicitū ē
ꝛ ex ope demonū habent effectum. cuius
ſignum eſt quia neceſſe eſt eis inſcribi q̄ſ
dam caracteres qui naturaliter ad nihi-
lum operantur. Unde fiunt ibi tacita pa
cta cum demonibus. et fiunt ibi expreſſe
inuocationes demonum. A. Idem in ſū.
eo. ti. q. xij. B.

Quid de incantationibꝫ ſerpentum et
aīalium: Reſ. ſm Tho. ubi ſupra. Si re-
ſpectus habeatur ſolum ad verba ſacra.
ꝛ ad virtutem diuinā. non erit illicitum
Sed plerūqꝫ tales incantatōnes habēt il
licitas obſeruātias. ꝛ p demones ſortiūt̄
effectū. ꝛ p̄cipue in ſerpentibꝫ. qꝛ ſerpens

fuit ꝑmū inſtrumētū demonis ad hoīem
decipiendū. Unde ſup illud pſ. Sic aſpi-
dis ſurde ⁊c̄. dicit glo. Notandū ꝙ nō lau
daṫ a ſcriptura qn̄cūq; daṫ in ſcriptura
ſilitudo. vt patet de iniquo iudice qui ro
gantem viduam exaudiuit. A. Idē in ſū.
co. ti. q. xv. H.

Quid de incantantibus infirmos vel
pueros? Reſpō. ſm Wil. Si nihil ſupſtitio-
ſum dicāt vel faciāt. nec mādant dici vł
fieri. ſed tm̄ vtanṫ licitis ꝓcibꝰ. ⁊ etiā ad
iurationibꝰ ſicut ꝑ paſſionē ⁊ crucē ⁊ ſi-
milia. nō peccāt. niſi talia fecerint poſt
ꝓhibitionē ab eccleſia ſibi factā. A. tunc
eni͂ mortaliter peccarēt. vt colligiṫ ex di
ctis eiuſdē Wil. ⁊ in ſū. eo. ti. q. xiiij. H.
Sūt eni͂ ꝓhibēda ꝓpter multa ſupſtitio-
ſa que ibi ſolēt īmiſceri. niſi fierent ꝑ ali
quē diſcretū viꝝ ⁊ deuotū q̄ fundēt orō-
nem nō ſup pomū vel cingulū. ſed ſuper
infirmoꝝ manꝰ īponēs. A. dūmō iſte de-
uotus ſiue vir ſiue mulier ſit excellentis
vite ⁊ ꝓbate diſcretōis. Huiuſmodi eni͂ n̄
eſt ꝓhibēdus a talibꝰ niſi forte timeatur
ꝙ ad exemplū illoꝝ indiſcreti ⁊ ſupſtitō
ſi carminatōis ſibi vſurpēt abuſū. ſm eū
dē Wil. ⁊ in dicta. q. xiiij. vbi hec notanṫ.
H. Satis videṫ ꝯcordare Tho. ſcd̄a ſcd̄e
q. xcvj. De his autem qui reliquias ſan-
ctorum portant ad collum ⁊ huiuſmodi.
dic vt ſupra. reliquie. §. fi.

Quid de ſacerdotibꝰ q̄ cā doloris alta-
re exuūt veſtibꝰ ſacris. aut ymagines lu
gubri veſte opiūt. aut ꝯſueta luminaria
ſubtrahūt? Reſpō. Talia fieri penitus ꝓhi-
bentur. xxvj. q. v. quicūq;. Et niſi faciens
purgauerit ſe pn̄ia debet deponi. A. Hoc
veꝝ ſm Ray. ⁊ in ſū. eo. ti. q. xviij. qn̄ ali
quid ꝓdictoꝝ fieret ꝓpter odiū priuatum.
Si aūt ꝓpter cauſā cōem bn̄ lꝫ. qđ et te-
net conſuetudo eccleſie que īminentibus
tribulatōibꝰ ſolet cantare. deus venerūt
gentes ⁊c̄. ⁊ in ſignū triſticie die veneris
ſcc̄a altaria ſpolianṫ. ⁊ hoc eſt qđ ſequiṫ
H. niſi forte faceret q2 metuit ꝯtamina-
tionē ſacroꝝ. vel ſubuerſionē fidei. vł ob
ſidionē. ⁊ hꝰ. Nā in tali facto plus humi
litas q̄ doloſitas declaraṫ. vt in dicto. c. q̄
cūq;. Ceteꝝ q2 aliqui in aggrauationem
ceſſationis a diuinis ymagines ꝓſternūt
vrticis ⁊ ſpinis ſuppoinūt. penitus repro-
bāṫ. extra. de offi. or. ſi canonici. li. vj. Et
hoc habeṫ ſup̄. ceſſatio a diuinis. §. iij.

Quid de ſacerdotibꝰ qui ꝓ viuis quos
odiunt ſcienter cantant miſſam defun-
ctorum. vel in medio eccleſie ponunt fere
trum. ⁊ faciunt officium mortuoꝝ vt illi
citius morianṫ? Reſpō. Si fuerint tales de
tecti deponi debent. ⁊ ad agendam peni-
tentiam tam ſacerdos q̄ qui incitauit de
bent ergaſculo ꝑpetui exilij relegari. xx-
vj. q. v. quicūq;. A. Idē in ſū. eo. ti. q. xx.
ſcd̄m Ray. qui et addit ꝙ idem ⁊ ſi alia ſi
milia fiant. licet hoc in. c. allegato nō di
catur. Et ſic etiā in delictis ꝓcediṫ ad ſi-
milia quādo eſt eadem ratio. Nam intelle
ctus legis capitur ex ipſius ratione. vt ī
c. intelligentia. extra. de ſ verbo. ſig. ⁊. l. qđ
dictum. ff. de pactis. H.

Quid de q̄buſdā mulieribꝰ q̄ dicūt vel
credūt ſe nocte cū Dyana dea paganorū
vel cum Herodiade ⁊ īnumera multitudi-
ne mulieꝝ eq̄tare ſup quaſdā beſtias. et
īnumera ſpacia trāſire. ⁊ hꝰ. Et ꝙ ab eis
alique creature poſſint in meliꝰ mutari
aut transformari? Reſpō. ſm Ray. A mali-
gno ſpiritu mentibꝰ fideliū talia fantaſ-
mata irroganṫ. Nā dyabolus transfor-
mans ſe in diuerſaꝝ ſpēs ꝑſonaꝝ. mentē
quā captiuam tenet multipliciter delu-
dit. Nec debet aliquis ī tantā venire ſtul
ticiam vt credat ꝙ hec que in ſomnis et
ſpū tm̄ fiunt. in corꝑe fiant. Alꝛ infidelis
eſt ⁊ pagano deterior. Hec ⁊ multa de hac
materia. xxvj. q. v. epi. A. ⁊ ibi hec oīa
clarius habentur. H.

Que pena ſortilegorum? Reſpō. Diuina-
tores ⁊ malefici ſcd̄m leges capite plecti
debent. ⁊ ſi accedant domum alterius de-
bent cremari. Item bona eorum debent
omnia publicari. C. de male. l. nullus. ⁊.
l. nemo. et. l. culpa. A. In dicta. l. nullus
dicitur. Nullus aruſpex. nullus ſacer-
dos. nullus eorum qui huic ritui aſſolet
miniſtrare limē alterius accedat. nec ob
alteram cauſam: ſed huiuſmodi hominis
amicitia q̄uis vetus repellatur. Concre
mando illo aruſpice q̄ ad domū alienam
acceſſerit. ⁊ illo in inſulā deportādo poſt
adeptionem bonorū qui eum euocauerit
ſuaſionibus vel premijs. accuſatorem hꝰ
criminis non delatorem eſſe. ſed ⁊ dignū
magis premio arbitramur. Et in. l. ne-
mo. dicitur. Nemo aruſpicem conſulat

aut mathematicū. Nemo ariolū. augurū
ꝛ vatū praua ꝯfeſſio cōticeſcat. Caldei et
magi ac ceteri quos maleficos ob facino
rum magnitudinem vulgus appellat. nec
ad hanc ꝑtē aliquid moliantˀ. ſileat oīs
ꝑpetuo diuinādi curioſitas. Et eīn ſup-
plicium capitis fert gladio vltore ꝓſtra-
tus quicūqꝫ nr̄is iuſſis obſequiū denega
uerit. Jn. l. aūt culpa dicitˀ. Culpa ſimi-
lis eſt tam ꝓhibita diſcē q̄ꝫ docere. H. Sꝫ
ſm canones ſi quidē pc̄m occultuꝫ ſit ī-
ponitˀ penitētia. xl. diez. extra eo. c. j. Si
vō notoriū eukariſtia denegatˀ. de ꝯſe. diſ
ij. ꝑ dilectōne. Itē ſi ſit cleric⁹: deponēd⁹
eſt. ꝛ in monaſterio detrudēdus. Si lay-
cus: excoīcand⁹. A. Hoc veꝝ ſi pnīam a-
gere rēnuit. ſm Hoſti. ꝛ in ſū. eo. ti. q. xx-
iij. B. xxvj. q. v. nō oportet. ꝛ. c. ſi q̄s ep̄us
ꝛ. c. aliquāti. ꝛ. q. vij. admoneant. A. Ibi
dicitˀ. Admoneant fideles ſacerdotes po-
pulos ſuos. vt nouerint magicas artes ī
cantatōeſqꝫ quibuſlibꝫ infirmitatibꝫ ho
minū nihil poſſe remedij ꝯferre nō aīali
bus languētibꝫ. claudicantibuſue vl' etiā
moribūdis q̄cq̄ꝫ mederi. ſed hec eē laque-
os ꝛ inſidias antiq̄ hoſtis q̄bꝫ ille ꝑfidus
genus hūanū decipe nititˀ. Et ſi q̄s hec ex
ercuerit. ſi cleric⁹ ē: ꝺgradetˀ. ſi layc⁹: ana
thematizetˀ. H. Sed ꝛ creſcēte ꝯtumacia
creſcē debet ꝛ pena. vt carceretˀ. ꝛ h⁹. Itē
ſi ſeru⁹ ſit: debet vberibꝫ caſtigari. xxvj. q
v. ꝯtra ydoloꝝ. Ep̄us etiā oēs tales tur-
piter dehoneſtatos de ꝑochia ſua debet
eijcere. vt. xxvj. q. v. ep̄i. Tales etiā infa
mes ſūt. Silr ꝛ qui ad eos ꝯcurrūt. Un-
de nec ad accuſationē debēt admitti. ij. q
viij. quiſq̄s. A. Idem in dicta. q. xxiij. ſm
Hoſti. Item crimen ſortilegij eſt caſ⁹ ep̄a
lis. a quo minores ſacerdotes ſine eorum
licentia abſoluere non poſſūt. xxvj. q. vj
c. j. Et eadem ratōne idem videtur ꝺ alijs
ſupſtitionibus dum malitioſe vl' poſt ad
monitionem aliquis in illis dereliquerit
Et facit qꝺ tactū ē ſupra. ꝯfeſſor j. in pn̄-
cipio. v̄. v. ſortilegi. H. nec ad teſtimoni-
um. extra. ꝺ teſti. teſtimonium. De infa-
mibus habes ſupra. infamis.

¶ Sed nunq̄d efficitˀ irregularis qui ta
lia facit ꝛ maxime enormia. vt qui ſacri
ficat deo nūmorum. i. dyabolo vt diues
fiat. vel qui de eccleſie ſacramentis. vt ꝺ
criſmate. et oleo ſancto. aut aqua baptiſ
mi. aut de corpore xp̄i ſortilegium facit:
Reſpō. ſm Wil. Si talia notoria ſint. gene-
rant irregularitatē. ꝛ indigent diſpenſa
tōne. Si vō occulta. nō. q̄uis ſcōm quoſ
dam idem ſit ſi ſint occulta. A. Unde et ī
tali dubio ꝯſulendū eſt talibꝫ q̄ꝫ petāt di
ſpenſationem. non tū̄ eſt p̄ciſe dicendum
eis. q̄ꝫ al' non ſit eis ſalus. et abſoluēdi ſt̄
a peccato ſi peniteant. ſm eundē Wil. vt
in ſum. eo. ti. q. xxv. H.

Spectacula. De ſpectaculis

Spectacula. De ſpecta
culis cantu. et citharis. ꝛ hmōi.
ſupra. ludus et iocus. §. iiij. et ſe-
quentibus. et ſupra. corea.

Sponſalia quid ſint

Spōſalia quid ſint. R°.
Sunt futurarum nuptiarum ꝑ-
miſſio. ff. eo. l. j. et. xxx. q. v. nr̄a-
tes. Et dicūtˀ ſponſalia a ſpondēdo. i. pro-
mittēdo. A. Idem in ſū. li. iiij. ti. j. q. j. ſm
Raij. Goff. Tho. Pe. et Al. H.

¶ Quomodo cōtrahuntˀ ſponſalia: Reſpō.
Quatuor modis. Aliq̄n quidē nuda pro-
miſſione. vt cū dicit vir. Accipiam te in
meā vxorē. ꝛ illa reſpondet. Accipiā te in
meū virū. vel alia eq̄pollentia. vt ducā te
in vxorē. ꝛ h⁹. Et iſta ſūt ꝓprie ſponſalia
q̄ ꝑ vba de futuro fiunt. Si vō fiāt ꝑ ver
ba de pn̄ti. vt ſi dicatˀ. Accipio te. vel ali
quid h⁹. erit verū mr̄imoniū. vt ſup̄. ma
trimoniū iij. §. j. ꝛ q̄tuor ſe. Itē ſcd̄o ꝯtra
huntˀ ſponſalia datis arris ſponſalicijs
ſicut habetˀ ſup̄. arra. A. ſ. q̄n cū arris cō
currit etiā ꝓmiſſio ſine qua nō fiūt ſpō
ſalia. ff. eo. l. j. H. Iteꝫ tertio ꝑ anuli ſub-
arrationem eodē modo ſicut de q̄buſcun
qꝫ arris ſpōſalicijs dicitˀ. Sed ſine ſubar
ratione anuli ſi aliter adiungatˀ ꝯſenſus
expſſus de pn̄ti factum eſt matrimoniuꝫ
A. Et hec eſt differētia inter hūc caſuꝫ ꝛ
p̄cedentē. ſ. q̄ꝫ ibi de futuro. hic de preſenti
ſponſalia ꝯtrahuntˀ ſm locoꝝ ꝯſuetudi-
nem. Poſſent tū̄ ꝛ ꝑ anulū ꝯtrahi de fu-
turo. ſi vba ꝯſenſus exp̄ſſiua hoc ſonarēt
Ideo hic dr̄ idē eſſe de anuli ſubarratōne
qꝺ de alijs arris. H. Itē q̄rto ꝯtrahuntˀ
ſponſalia nō ſolū ꝓmiſſiōe. vt ī p̄mo mō
dictū eſt. ſed etiā ſi apponitˀ iuramētū. ex
tra eo. de illis. ꝛ. c. p̄terea. A. Idem in ſū.
eo. ti. q. ij. H.

¶ Quid ſi q̄s accepta manu mulieris di
cat. Do tibi fidē de te ī vxorē accipiendo.

⁊ illa nihil rñdet. nunqd ſic ꝯtracta ſunt
ſponſalia? Re͞ſ. ſm Wil. Reuera non pñt
cõtrahi ex altera pte tm̃. nec claudicare
pñt. Jlle tñ qui taliter dedit fidẽ tenet eã
ducere ſi illa voluerit. Si autẽ noluerit
nõ eſt ꝯpellenda niſi aliquo mõ oñderit
mulier acceptare qđ agebat: puta ſi an-
te fidem datã tractabat inter eos de ſpõ
ſalibus vel matrimonio. et ipa requiſita
ſponte manũ dedit ad fidẽ recipiẽdã ⁊ h⁹
tunc enĩ eſſent ꝯtracta ſponſalia. A. Jdẽ
in ſum. eo. ti. q. iij. H.

¶ Jn qua etate pñt cõtrahi? Re͞ſ. Poſt ſe-
ptẽniũ. quia tũc placẽ incipiũt. et extunc
valent. extra eo. lr̃as. ⁊ ext̃. đ deſpõ. ipu.
ſi infantes. li. vj. Si vo ambo vel alt̃ ſint
minores ſeptẽnio. ⁊ ꝯtrahãt ſpõſalia ipi
vel pentes ꝓ eis. nihil agit̃ niſi poſt rati-
ficent. vt ſupra. impedimẽtũ iij. §. añpl't.
A. Jdẽ in ſũ. eo. ti. q. iiij. ſm Ray. H. Q2
ſi nõ plene ꝯpleuerint ſeptẽ ãnos. dicen-
dum ſm Tho. in. iiij. di. xxvij. Si multũ
appropinquant ad tempus ſeptẽnij tenẽt
ſponſalia. Hec aũt appropinquatio deter-
minanda eſt ſcðm ꝯditionẽ ꝯtrahentiuz
cum in quibuſdã citi⁹ i quibuſdã vo tar-
dius ꝑueniat intentõ ſiue ꝯplacẽtia nu-
ptiarũ. Con. Hoſti. A. ⁊ etiã Jnno. vt in
ſũ. eo. ti. q. v. H. tñ expͤſſe non habetur q
tempus ſeptẽnij preueniri poſſit. A. Pe.
vo inuit. q tempus ſeptẽnij in ſponſalib⁹
ꝑueniri non poſſit. licet in matrimonio
tempus. xij. vel. xiiij. annoꝝ qñq ꝑuenia
tur. vt in dicta. q. v. Et huic iura magis
ꝯcordare videntur. H. Et nota hic q ſi al
ter fuit maior ſeptẽnio alter minor. licet
ſponſalia nõ tenuerint etiã ex pte maio-
ris. quia claudicare nõ debent. tñ q2 iſte
maior ex pte ſua fidem dedit tenet expe-
ctare minorẽ ſi forte velit ꝑdurare in eo
dem ꝓpoſito. et ſi non expectat tenet̃ age
re penitẽtiã de fide mentita. A. Hoc ha-
betur in ar. extra. de deſpon. ipu. c. de il-
lis. j. vbi dicitur. De illis qui infra ãnos
aptos matrimonijs ſponſalia ꝯtrahunt.
ſiue vterq3 ſiue alter reclamet anteq̃ ad
ãnos aptos matrimonijs ꝑuenerint ⁊ po
ſtulent ſepari. non ſunt vllatenus audiẽ
di. Si vo alter iſtorum ad annos puber-
tatis ꝑuenerit. infra eoſdem ãnos altero
exñte cũ ſponſalia ꝯtrahunt. ſi is q̃ mi-
noris eſt etatis cũ ad annos illos ꝑuene
rit reclamauerit nec in alteruz voluerit
ꝯſentire. iuditio eccl'ie poterũt abinuicez
ſepari. Mulier aũt q̃ poſtq̃ annos nubi-
les attigerit. ei qui nõdũ ad ãnos aptos
matrimonijs venerat nupſerit. cũ in euz
ſemel ꝯſenſerit. amplius nõ poterit diſſẽ
tire. niſi ipſe cui nupſit poſtq̃ ad etatem
legittimam peruenerit in eam ſuum ne-
gauerit preſtare conſenſum. H.

¶ Utꝝ ſpõſalia poſſint ꝯtrahi int̃ abſen
tes. vt ꝑ nũciũ. vel litteras? Re͞ſ. ſm hoſti.
Pñt ſi abſens hoc ſciat. vt quia nũcium
miſit vel de ſua ꝯſcia fit. vel poſtea ratuz
habet. ff. de ſpon. l. vlt̃. xxxij. q. ij. honorã
tur. extra. de ma. ꝯtra. ꝯtra interdi. ecc. c.
ij. A. Jdem in ſũ. eo. ti. q. xiiij. H. De ſpõ-
ſalibus factis a parentibus pro filijs. vi-
de ſupra. impedimentũ xiij. §. fi.

¶ Quid ſi abſens miſit nũciũ vel ꝓcura
torem ad ꝯtrahendũ ſponſalia. et poſtea
reuocat? Re͞ſ. ſm Hoſti. Si reuocatio ꝑ-
uenit ad ꝓcuratorem anteq̃ puella ꝯſen-
tiat. nihil poſtea agitur. ar. extra. đ ꝓcu.
in noſtra. ⁊. c. mandato. Jmmo etiã ſi re
uocatio ꝑuenit ad ꝓcuratorem poſtq̃ pu
ella conſenſit. ſed tamen ꝓcurator añ re-
uocatus fuerat. nihil actum eſt ſm eũdẽ
Hoſti. A. quia deeſt conſenſus. Et facit.
c. ꝓcurator. extra. de ꝓcu. li. vj. Sed ſi de
mandato ꝓcuratoris et cõſenſu mulieris
ſubſecuto fiat fides. ſed de diſſenſu ſeu pe-
nitentia non liqueat. ſtabit eccleſia pro
ſponſalibus quia non iudicat đ occultis
extra. de ſymo. ſicut tuis. ſcðm eũ. Hoſti.
⁊ in ſum. eo. ti. q. xiiij. H. Ceterum de ma
trimonio ꝑ ꝓcuratorez. habes ſupra. ma
trimonium ij. §. iiij.

¶ Quid ſi q̃s añ pubertatẽ ꝯtrahit ma-
trimoniuz? Re͞ſ. Spõſalia eẽ intelligũt̃. vt
ſupra. impedimentũ xiij. §. pl't.

¶ Nũqd illi q̃ ꝯtraxerũt ſpõſalia tenent̃
ꝯtrahẽ mr̃imoniũ? Re͞ſ. Si ſpõſalia tenue
runt. vt q2 in etate debita ꝯtracta fuerũt
tenent̃ ꝯtrahẽ ſimul. nec pt̃ alter eoꝝ cõ-
trahere cũ alia pſona. ⁊ ſi ꝯtraxerit tenet
quidẽ ſecundũ matrimoniũ. ext̃ eo. ſicut
ſed agere debet penitẽtiaz de fide mẽtita.
A. Jn dicto. c. ſicut. p3 q hoc verꝝ ẽ qñ ſe
cundũ matrimoniũ ꝯtractũ eſt ſaltem ꝑ
verba de preſenti. Secus ſi tm̃ ꝑ verba đ
futuro. quia tunc debent ſeruari prima
ſponſalia. ⁊ agi pñia de ſecundis. vt ibi.

B.⁊ mľtomagis ſi ꝑus inſueneratiuram
tũ.ext̃ eo.ex lr̃is ij.⁊.c.ſicut.⁊.c. ſi inter.

Sed vtꝝ ille qui non vult debeat cogi
ꝑ cenſurã eccleſiaſticã? Rẽo. Prius ⁊ ꝑnci
palius debet moueri. vt extra eo. requi-
ſiuit. demũ poteſt cogi. vt in ꝑdicto.c. ex
lr̃is. Et intellige niſi ꝓbabiliter timeat̃
difficilis exitus: puta vxoricidiũ vel hꝰ.
vt in dicto.c.reqſiuit. Et ſic exponũt ⁊ in
telligũt ꝑdictas decre. q̃ſi om̃es doc. Tho
etiã in. iiij.diſ.xxvij. dic ꝙ in ſponſalibꝫ
nõ ſoluẽs ꝓmiſſum peccat mortaliter. ni
ſi legittimũ impedimentũ inſueniat. A.
De hoc infra. §. In quibus caſibus. B.⁊
iniungenda eſt penitẽtia ꝓ peccato. licet
in foro ꝯtentioſo non cõpellatur qꝛ ma-
trimonia coacta ꝯſueuerunt malos exi-
tus habere. A. Hoc dictũ Tho. intelligẽ-
dum eſt ſm̃ precedentia. vt colligi poteſt
ex iuribus preallegatis. B.

Quid ſi iuraſti mihi dare vnã de filia-
bus tuis nõ nominatim? Rẽo. ſm̃ Hoſti.
Dare q̃dẽ teneris: ſed quãcũq; des libera-
beris qꝛ ꝓmiſſoris eſt electõ. ſicut ĩ alijs
ꝓmiſſionibꝫ. vt ſupra. ꝓmiſſio. §. ij. Et ſi
oẽs moriant̃ ꝑter vnã. ad illã dandã te-
neris. ar. ff. de eo qđ cer. lo. da. oꝫ. l. iij. §.
qui ſticũ. Sꝫ ſi vnã mihi obtuleris ⁊ ego
non accepto eã. liberatus es etiã a iura-
mento. ar. ff. de ꝯdi. inde. cũ is. Qꝫ ſi vnã
ex illis carnaliter cognoui. nullã aliã ha
bere potero. quia cũ omnibꝫ ꝯtracta ẽ af
finitas. vt ſupra. ĩpedimentũ xiiij. §. j. et
ij. Immo qđ plus eſt ſi ꝯtemplatõe ꝑcedẽ
tis ꝯtractus facta fuit cõmixtio. eſſet fa-
ctum matrimoniũ. A. vel ſi nõ ẽ m̃rimo
niũ. ſaltẽ ſum cogendꝰ ꝯſentire. ſcd̃m eũ.
Hoſti. ꝑ iura que ſequũt̃. B. vt ſuꝑ. m̃ri
monium iiij. §. ij. et extra. de eo q̃ dux. in
ma. ſignificauit. ⁊. c. veniẽs. A. Cum om
nibus predictis. con. Goff. vt in ſum. eo.
ti. q. viij. cum ſe. B.

Quid ſi iuraſti mihi dare vnã de certa
tam filiã tuã. ⁊ ſi illã habere non poſſem
ꝓmiſiſti mihi dare aliã? Rẽo. ſm̃ Hoſti.
Teneris dare ꝑmam. ⁊ ad hoc laborare
bona fide. extra. de ſpon. ad audientiam
Qđ ſi non potes tũc diſtinguendũ eſt. ꝙ
ſi ꝑma conſenſit ſponſalibus exꝑſſe vľ ta
cite: vtputa quia vel ipſa preſente ⁊ non
ꝯtradicente contracta fuerũt ſponſalia.
vel ipſa poſtmodum ratificante. ſororem
ſuã habere nõ poſſũ quia cũ ꝑma ꝯtraxi
ſponſalia. vt in. c. ad audiẽtiã. etiã ſi illa
ꝑma ſponſalia forte ꝓpter ꝯſanguinitatẽ
aliquã cũ illa ꝑma nõ tenuiſſent. vt ſuꝑ.
ĩpedimentũ xiiij. §. iij. Si ṽo ꝑma nulla-
tenus cõſenſerit ſponſalibus. teneris ad
ſecundam. extra. de ſpon. ex litteris ij. et
de reſti. ſpo. ex parte. A. Idem in ſũ. eo.
ti. q. xij. B.

Quid ſi ſponſalibus appoſitum ſit tem
pus infra qđ debeat fieri matrimoniuꝫ?
Rẽo. Elapſo tꝑe ille ꝑ quẽ non ſtetit ĩpu-
ne nubit: ſed alij datur penitentia de fide
mentita. extra eo. ſicut. A. Idem in ſum.
eo. ti. q. xxij. ſm̃ Hoſti. B.

Quid ð penis q̃ interdũ apponũt̃ ſpõſa-
libꝫ? Rẽ. ſm̃ Raẏ. Lꝫ ſpõſalia ꝯhi poſſint
ſub ꝯditõe ꝓmiſſe pecunie. nõ tñ pt̃ pecu
nia ꝓmitti in modũ pene. ⁊ ſi ꝓmiſſa fue
rit nõ tenet ꝓmiſſio. nec peti pt̃. vt ſi di-
cat̃. Niſi tecũ ꝯtraxero dabo tibi centuꝫ
marcas. Nã ꝯiugia debẽt eẽ libera. extra
eo. reqſiuit. ⁊. c. gẽma. Idẽ tho. in. iiij. di.
xxvij. Nota tñ ꝙ arre ſpõſalitie date ab
ea ꝑte q̃ cãm ꝑſtat ꝙ nuptie nõ ſequãt̃.
amittũt̃. recepte ṽo reſtituũt̃ in dupluꝫ.
C. de ſpõ. l. arris. ⁊. l. mulier. vide ſuꝑ. ar-
ra. §. j. ⁊. ij. A. ꝯiũctis additõibꝫ. Et iđ qđ
ſuꝑ. nota ĩ ſũ. eo. ti. q. xxiij. B. Qui etiaꝫ
ſi q̃s vellet ſpõſalia firmit̃ alligare pt̃ ſic
facẽ ſm̃ Hoſti. ſ. vt det magnã quãtitatẽ
ꝑ arris. ⁊ ſtipulet̃ ipas in q̃druplũ. quia
tm̃ pt̃ ſtipulari ⁊ nõ ampliꝰ. ⁊ tũc ſi ſtete
rit ꝑ recipienteꝫ quo minꝰ m̃rimoniũ ſe-
quat̃ in quadruplũ reddet. C. eo. l. fi. §. q̃
omnia. Ceſſat tñ pena arrarum in q̃buſ-
daꝫ caſibus. vt ſi tempus appoſitũ lapſũ
ſit. tunc enim is per quem non ſtetit ĩpu
ne nubit. vt in ꝑcedenti. §. dictũ eſt. Iteꝫ
ceſſat ſi ſponſus ĩpeditus fuerit. dum tñ
cauſam ĩpedimenti non ꝑbuerit. Ceſſat
etiam ꝓpter cauſam legibꝫ interdictam:
puta ſi de iure matrimoniũ ſequi nõ po-
teſt. C. eo. l. vlt̃. §. patrem. A. Idem ĩ ſũ.
eo. ti. q. xxiiij. B.

In quibus caſibꝫ ſoluũtur ſponſalia?
Rẽo. ſm̃ Raẏ. In octo. Primo ſi alt̃ ſpon
ſorum tranſeat ad religioneꝫ. qđ pt̃ facẽ
etiam ꝯtracto matrimonio. ⁊ altero inui
to. dũ tñ ante carnis copulã. ⁊ ille qui in
ſeculo remanet abſoluit̃ a ſponſalibus. ⁊
etiaꝫ a matrimonio. extra. de ꝯuer. ꝯiu.

verũ.⁊.c.ex publico.⁊ extra eo. ꝯmiſſum
nec ꝑdit arras q̃s dedit.⁊ illas q̃s recepit
reſtituet ſolũ in ſimpluꝫ.C.de epi.et cle.
deo nobis.Scḋo ſoluũt ſpõſalia qñ ſpõ-
ſus nõ inuenit q: tranſtulit ſe ad aliã re
gionem. Si tñ fuit aliqua culpa ei⁹ q̃ ꝑ̃-
ſens eſt. debet recipe penitẽtiã de ꝑiurio
⁊ de ꝓmiſſione nõ ſeruata.ext̃ eo.de illis
Et q̃deꝫ ſi termin⁹ in ſponſalibꝫ non fuit
appoſitus de cõtrahendo. tũc ſcḋm leges
pñs tenet expectare abſentem ꝑ bieniũ
ſi in eadem ꝓuintia preſens fuerit.ut.C.
eo.l.ij.Tñ ſcḋm Hoſti.iudex inſpecta q̃-
litate ꝑſonarũ poterit tp̃us abbreuiare
vel ꝓrogare.Tercio ſoluũt ſi alter ſpõſoꝝ
poſt ꝯtracta ſpõſalia ĩcurrat leprã.vl' ꝑ-
aliſim.ſeu amittat oculos vel naſuꝫ.ſeu
q̃cq̃ ei turpius eueniat.ext̃.ď ꝯiu.lepro.
litteras.⁊ de iureiur.quẽadmodũ.Ubi ĩ
nuit.ꝙ etiã ſi iurauit nõ tenet. ductam
tñ ante dimittẽ nõ pt̃.A.Sil'r etiã duce
re tenet ſi ſponſalia ꝯtracta fuerunt per
verba de pñti.ſm glo.in dicto.c.quẽad-
modũ. vbi etiã dicit ꝙ ſponſalia de pñti
nũq̃ ſoluunt niſi ob cauſam religionis.
Ideo excepto hoc caſu omnes octo caſus
hic poſiti intelligendi ſunt in ſponſalibꝫ
de futuro ſcḋm Ray.vt ĩ ſũ.eo.ti.q.xxv.
H.Quarto ſi ſuꝑueniat affinitas: puta
quia ſponſus cognouit ꝯſanguineã ſpõ-
ſe.vel ecõuerſo.xxvij.q.ij.quidã deſpon-
ſauit.⁊.c.ſe.extra.de eo.qui ꝯgno.ꝯſan.
vxo.ſue.c.ij.et.c.fraternitati.Et ad hoc
